De dialecto Cretica

quaestiones grammaticae.

Scripsit

Dr. Hugo Helbig,
Gymnasi Plaviensis praeceptor.

Commentatio programmati scholae Plaviensis praemissa.

Plaviae,
venum dat A. Hohmann,
typis expressit M. Wieprecht.
MDCCCLXXIII.

Praemonenda.

Propositis de Cretensium lingua quaestionibus [1] si quis leges statuere conaretur ab omnibus Cretensibus acceptas, rem, quae effici non posset, fortasse videretur suscepisse. Tantum enim linguae non solum gentium Creticarum verum etiam singulorum oppidorum inter se differebant tamque infixa haerebat Cretensibus illa diversitas, ut vel tempore recentiore, id est sub saeculi ante Chr. tertii finem, ad quod tempus plurimi spectant titulorum, e quibus cognitionem dialecti Creticae potissimum consequimur, multae et variae dicendi rationes discerni possint. Attamen cum altera ex parte praevaluisse apud Cretenses linguam constet, quae severior Doris vocatur quaque usi sunt praeter Cretenses Lacones, Italiotae, Cyrenaei, secutus in adornandis de dialecto Cretica quaestionibus eandem fere viam atque Ahrensius in inlustri opere de dialecto Dorica scripto, de universa dialecto Cretica, quatenus id fieri poterit, disputabo, sed singularum gentium proprietates suo quasque loco enotabo et in harum quaestionum fine de insignioribus quibusdam omnium aut singularum gentium Creticarum proprietatibus explanatius commentabor.

§ 1.

De fontibus.

Dialectum Creticam cognitam habemus e titulis, nummis, grammaticorum et lexicographorum testimoniis, scriptorum Creticorum reliquiis.

1. Valde dolendum est, quod tituli, quippe qui benigniorem his quaestionibus praebeant materiam, maiore ex parte et male sunt traditi et tempore scripti, quo dialectus partim Atticis formis misceri, partim ad mitius Doridis genus deflectere coeperat. Nam

a) antiquioris temporis quinque tantum exstant tituli illa quam *βουστροφηδόν* vocabant Graeci ratione scripti, sed omnes magis minusve laceri ob eamque rem difficillimi et ad legendum et ad intellegendum. Antiquissimi horum sunt

α) tituli Gortynius et Lyttius, illum marmori Cretico insculptum repperit Léon Thenon supra ianuam molae aquariae, quam prope a vetere Gortyna [2]) sitam esso idem narrat in librorum, qui inscribuntur „Revue Archéologique," vol. VIII 1863, ubi edidit titulum p. 444 sqq. eiusque effigiem luce pictam addidit; denuo eundem litteris minusculis usus edidit W. Froehnerus in opere, quod inscribitur „Musée impérial du Louvre. Les inscriptions Grecques." Paris 1865 p. 180, 181. Titulum non recentiorem esse Olympiade quinquagesima probat antiqua litterarum forma (ex. gr. S = ι, M = σ). [3]) Sed tituli aetas cum satis constet, de totius monumenti sententia item ut de singulis quibusdam vocabulis haud leves dubitationes moventur, cum et marmor nobis relicuum pars tantum sit tituli multo

[1]) Ante hos quattuor fere annos dissertationem edidi philologicam de dialecto Cretica scriptam (Lipsiae 1869), quam non multo post secuta est de eadem dialecto dissertatio Gustavi Hey amici (Dessaviae 1869). Cum tamen Hey de vocalium et consonarum solis mutationibus disputaverit atque mea dissertatio priorem tantum quaestionum mearum partem contineat, cum accesserint praeterea ad titulos tum cognitos nonnulli haud parvi aestimandi, rem actam agere mihi non videbar si universam Creticae linguae rationem exprimere conarer et. hoc ut perficerem, priorem illam quaestionum partem, mutatis sane mutandis, retractarem. — [2]) Nota „Gort." infra titulum signabimus. — [3]) Cf. Kirchhoff Studien zur Geschichte des griechischen Alphabets 1867 p. 54 sqq., 136 sq.

amplioris, ex cuius latere laevo excisum est, et litterae marmori incisae nonnunquam incertissimae sint lectionis, ut etiam editores Francogalli, quorum utrique ipsum titulum inspicere licuit, de singulis legendis haud raro dissentiant. Contra consentiunt eidem in duobus interpretandis vocabulis, quae sola totius tituli seutentiam paullulum inlustrare possunt, *ἀνπαντός* et *ἀνπανάμενος*. Suspicati enim, bas voces patrem et filium significare, titulum de rebus hereditariis agere putant Thenonius et Froehnerus, minime vero ostendunt, unde ortae sint voces et quomodo illa significatio sit explicanda. Nam longe aliena esse ab his, quae Thenonius affert, vocabula Laconica *παῶπαι* et *παός* vix memoratu opus est. Multo nobis veri similior videtur altera vocum explicatio, quamvis damnata a Froehnero, ex qua *ἀνπαντός* et *ἀνπανάμενος* formae sunt verbales oriundae a verbo *φαίνω*.[1]) Quod si vere suspicamur totum marmor continebat edictum civium Gortyniorum de actione publica instituenda, de reo eiusque re familiari, de accusatore, aliis. Sed multo maioris momenti, quam haec incerta, in titulo nobis est dialectus, quae, quoad e tali fragmento cognosci potest, severioris Doridis rationem secuta confirmet et veterem fabulam, Gortynam a colonis Laconibus occupatam esse, et Ahrensi sententiam dicentis:[2]) „ullam urbem ab ipsis Spartanis Doriensibus vel antiquissimo tempore conditam severius Doridis genus abhorruisse confidenter contendi non potest.“ Quin fortasse hinc conicere licet, multas urbes Creticas, quarum cives severiore Doridis genere uterentur, Laconicas dictas esse posteriore tempore.

Titulum Lyttium (Lytt. I) in parietinis Lytti oppidi invenit Spratt et cum aliis triginta sex titulis congestis in duas tabulas addidit volumini alteri operis inscripti „Travels and researches in Crete. Lond. 1865,“ vid. vol. I p. 98 et tab. I nr. 11. Sententia tituli, qui continet versus sedecim laceros, non magis perspicua est quam prioris, aetatem vero eandem esse atque illius docent litterae imprimis C S M, quibus accedit, quod KM scriptum est pro ξ in verbo ΞΤΝΟΜΚΞΞΗ (v. 5 ἐξόντι), in cuius initio fortasse habemus etiam antiquum spiritus asperi signum B, et servata est interpunctionis ratio. Septiens enim occurrit signum ι, quod cum in titulo tam antiquo pro ι (S) positum esse non possit et vix errori Spratti, qui S legerit sed ι scripserit, tribuendum sit, in titulo temporum iniquitate lacero ex duplici puncto (:) ortum esse puto, conferas e. c. vers. 5 ἐξόντιό, v. 11 — *αμενοςιτον*; unum solum excipias versum 9, in quo ΖΑΙΘ mutes in *θεῷ*.

β) Perexigui ambitus nec nobis magno usui est titulus, quem inter sepulcra Eterae oppidi (nunc Eremopolis, cf. Spratt. vol. I p. 193) repertum Sprattius edidit in tab. I nr. 20.[3]) Recentiorem hunc esse titulum quam priores probat Φ littera, cuius loco in tit. Gort. habemus C signum, quod et *φ* et *π* legendum est; vid. infra §. 4, II, 3.

γ) Duo tituli, Lyttius (Spratt. tab. I nr. 12) et Axius (Spratt. tab. II nr. 5), quorum ille tam lacer est et tam exiguus ut vix unum vocabulum legi possit, hic continet quattuordecim versus, incertissimae tamen lectionis, cum temporum iniquitate magnum ceperit detrimentum et multae litterae paene evanuerint. Repperit enim Sprattius ad fontem Axo pagi (prope oppidum antiquum siti) lapidem, quo puellae utebantur ad lintea lavanda, inque lapide inscriptionem quam supra dixi (cf. vol. II p. 77). Ductus litterarum similis est illi, quem praebent tituli Gort. et Lytt. I, sed leguntur in eo et H pro *η*, et recentior litterae *π* forma Π s. *Π* et praeter S etiam ι pro *ι*. Quamobrem illo tempore hoc monumentum scriptum esse suspicor, quo Cretenses rationem scribendi Ionicam sequi coeperunt, quod tempus apud Cretenses prius certo fuit quam apud Athenienses.

b) Recentiore tempore scripti sunt plerique tituli nobis cogniti, quos certis quidem annis ascribere non licet, Olympiadem tamen centesimam tricesimam quintam aetate vix superare, Olympiade centesima undequadragesima non recentiores esse constat. Sunt autem:

[1]) Pluribus de his disputabo infra § 4, II, 3. — [2]) Dor. p. 427. — [3]) Hunc cum aliis tribus titulis recentibus, qui denuo editi sunt in tabb. II, 1. I, 17. 18, in lucem iam protulit Babingtonius in diari „Journal of classical and sacred Philology“ 1855 vol. II p. 106 sq. schedis usus Sprattianis.

α) tituli, qui continentur in Boeckhi Corpore Inscriptionum Graecarum numeris 2554—2558 et 2561ᵇ versus 58—67, qui ex antiquiore foedere sumpti sunt: foedera Latiorum cum Oluntiis (2554), Hierapytniorum cum incerta urbe (2555) et cum Priansiis facta (2556), tum epistula Allariotarum Pariis data (2557), iudicium denique finium regundorum inter Hierapytnios et Itanios (2561ᵇ). De condicione horum titulorum conferas praeter Boeckhi annotationes Ahrensi opus de dial. Dor. p. 15 sqq. 584. Titulum 2557 schedis Cobeti usus denuo edidit Naberus in diari Batavi „Mnemosyne" vol. II p. 30 sqq. Exempla ex his titulis afferenda solis numeris usus notabo.

β) Foedus a Gortyniis et Hierapytniis cum Priansiis ictum, quod Venetiis repertum (quare cum Voretzschio [1]) Ven. signo notabo) publici iuris fecit Ricardus Bergmann gratulatus universitati litterarum Berolinensi etc. Berol. 1860. — Foedus insculptum est lapidi, qui temporum iniquitate valde mutilatus nonaginta fere semilineas servavit relicuas lectionis omnino certae. Lingua vulgaribus formis mista titulum non antiquiorem esse probat eis quos modo commemoravi.

γ) Foedus a Lyttiis cum Boloentiis (Oluntiis) factum (Lytt. II), quod postquam Rangabé in lucem protulit in libri, qui inscribitur „Antiquités Helléniques" vol. II nr. 691 anno 1855, accuratius interpretatus est Voretzschius in dissertatione inscripta „De inscriptione Cretensi etc." Halis 1862, et paullo uberiore usus exemplari in diari „Hermes" vol. IV p. 266 sqq. simul cum fragmento alterius foederis earundem civitatum p. 276 sqq. (Lytt. III); de quorum titulorum aetate cf. Voretzsch. dissert. p. 31, Hermes IV p. 269. 278.

δ) Foedera Eterae oppidi (Spratt. tab. I, 4) cum incertis et Hierapytnae cum Arcadia Cretica (Spratt. tab. I, 21), quorum illud ΑΛΑΝΝΑΙΟΙΝΑΝΚΑΙΘΕΜΙΕΝΕΣ ΤΟΑΡΟΝΤΑΣΑΘΑΝΑ Babingtonius, qui in Spratti op. vol. II p. 414 titulos Sprattianos breviter interpretatus est, obscurum dicit, nos legimus: *σι]άλαν λιθίναν καὶ θέμεν ἐς τὸ [ἱ]αρὸν τᾶς Ἀθανα[ίας]*, hoc incertissimae est lectionis.

ε) Tres titulos foras dedit Naberus in diari „Mnemosyne" vol. I p. 75 sqq., 105 sqq., ante eum Lebasius in libri „Revue de philologie" vol. I 1845 p. 266, sed multo deteriore usus exemplari. Continentur tituli uno lapide Venetiis a Cobeto in bibliotheca St. Marci invento, quem lapidem Hierapytnae positum fuisse inde patet, quod foedera ei insculpta sunt ab Hierapytna oppido facta cum oppidis Rhodo (numero I signabimus titulum), Lytto (II), Magnesia (III). Ambitus titulorum satis magnus est et certa omnino lectio, dialectus vero non caret formis vulgaribus vel etiam Doridis mitioris propriis, praecipue in titulo I. De aetate nulla movetur dubitatio.

ζ) Decreta ab oppidis Creticis Teo oppido data, quae ediderunt Boeckhius in Corp. Inscr. Gr. num. 3047—3058, Lebasius in operis inscripti „Inscriptions grecq. et lat. recueillies en Grèce et en Asie mineure" tom. III part. V nr. 61—82. Singuli tituli sunt hi: Gnosiorum I (Lebas. nr. 61, mutilus), II (L. 81 C. I. 3053), Polyrrheniorum (62. 3054), Rhauciorum (63. 3051), Cydoniatarum (64, et huic similis 3055), Vaxiorum (65. 3050), Sybritiorum (66. 3049), Latiorum (duplex apud Lebas, nr. 67, mutilus, et 74, addito *τῶν πρὸς Καμάρα*, integer 3058), Lappaeorum (mutili 68 et 3056), Apolloniatarum (69, mutilus), Istroniorum (70. 3048), Eleutheraeorum (71. 3047), Arcadum I (72), II (79 et 80. 3052), Allariotarum (73), Apteraeorum (75), Eranniorum (76), Bianniorum (77), Pallaeorum (78), Priansiorum (82. 3057). Quibus titulis addenda sunt quattuor titulorum Teio-Creticorum fragmenta, quae Naberus publici iuris fecit in diari „Mnemosyne" vol. I p. 118 sqq. Attamen cum titulos descripserit Naberus e scidula, quam invenerat Cobetus in libro abbatis Itali, hominis dialecti ut videtur prorsus ignari, eorum lectio incertissima est, ut nihil dicam de lacunarum amplitudine. Oppida, quae titulos ad Teios miserunt, sunt Hierapytna (tit. IV), Aptera (V), Apollonia (VI, idem titulus atque Lebasi nr. 69, nec minus lacer), Bianna (VII). De omnium horum titulorum ratione et aetate acute disputavit Ahrensius Dor. p. 16, 17.

η) Titulus Dreri (Drer.) urbis adhuc tantum commemoratae in Crameri Ann. Ox.

[1]) Cf. infra in litt. *γ*.

vol. II p. 69, quem titulum ab agricola Cretensi repertum ediderunt primum Papasliotis in diario Atheniensi „Minerva" anno 1855 (ineunte), tum Rangabé in libri, qui inscribitur „Antiquités Helléniques," vol. II nr. 2477, exeunte anno 1855, simul fere cum hoc C. F. Hermannus, in nuncc. doct. univ. Gotting. nr. 7 p. 105 sqq. (1855) et in Leutschi Philologo vol. IX p. 700 sqq., et Bursian in diario Italo „Bullet. dell' inst. arch." XIII nr. 76 1855, dein Vischerus in Novi Musei Rhen. vol. X p. 393 sqq. a. 1856, denique Dethier in actis acad. Vindob. class. hist. philos. vol. XXX p. 431 sqq. a. 1859 (hinc descriptum in libello „Dreros und kretische Studien" etc. Vindobonae, 1859) additis tabulis, quae adumbrant tituli litteras quam accuratissime delineatas.

Aetatem tituli, qui incisus est marmori Cretico haud polito, eandem fere esse atque eorum, quos modo nominavi, censent Hermannus et Vischerus, Dethier vero p. 37 (465) titulum tempore belli Peloponnesiaci scriptum arguit, cuius tamen argumentationem perversam hic refutare longum est. Contra ex ipsius tituli verbis: „καὶ σπευσίω ὅτι κα δυνάμαι κακὸν τᾷ πόλει τᾷ τῶν Λυττίων" (v. 41 sqq.) et „ἕνεκα τᾶς χώρας τᾶς ἀμᾶς, τᾶς ἀμφὶ μαχόμεθα. Νικατὴρ" κ. τ. λ. (v. 149 sqq.). quippe quae grave impendere bellum indicent, conieceris, monumentum positum esse paullo ante coeptum bellum illud magnum, quo Lyttus deleta est. Incertiora tamen haec argumenta relinquentes videamus, quid litterarum ductus et scribendi ratio de tituli aetate doceant. Iam Dethier litterarum formas ad antiquum tempus referendas putat, cui vehementer repugno. Nam litterae tanta formarum varietate marmori, et rudi quidem, insculptae sunt, quanta nunquam in antiquioris temporis monumentis publicis, itemque magnitudo litterarum minime sibi constat; magnae certo incuriae signa. Omnino autem litterae simillimae sunt eis, quae conspiciuntur in titulo Megarico, quem Boeckhius (Corp. Inscr. I nr. 1052^b add.) brevi ante, quam Romani in Graeciam venissent, scriptum esse suspicatur.[1] Quare cum ratione quoque scribendi minime comprobari possit, titulum antiquiorem esse tertio a. Chr. saeculo, iusiurandum Drerium eiusdem aetatis vel etiam paullo recentioris esse contendo, quam tit. 2554. Dialectus, quam in titulo Drerio legimus, mitius Doridis genus magis quam severius sequitur.

c) Multo minoris momenti, saepe nullius, sunt tituli, quos continent Boeckhi Corp. Inscr. inde a numero 2559 usque ad nr. 2612, Francogallorum diarium „Revue Archéologique" compluribus voluminibus, tabulae Sprattianae. Nam omnes fere et exigui sunt ambitus et recentissimo tempore conscripti.

2. Nummi Cretici haud pauci exstant et antiquiores et recentiores, raro tamen, cum plurimi eorum nomina tantum exhibeant oppidorum, iuvant in dialectum inquirentes. Quamobrem hic monere modo volo, maxima ex parte descriptos esse nummos Creticos in Mionneti collectione nummorum vol. II p. 257—299, Suppl. IV p. 296—350 et in Eckheli doctrina nummorum vol. II p. 300—322.

3. Inter grammaticos et lexicographos primus nominandus est Hesychius, qui in glossario permultas tradidit glossas Creticas. Nonnulla dein vocabula Cretica exhibent scripta grammaticorum Graecorum, quae I. Bekkerus collegit in Anecdotis Graecis, Suidae et Photi glossaria, Etymologicum Magnum; grammaticorum denique de dialectis testimonia[2]) quae supersunt pleraque ad Doricam omnino spectant dialectum. Quibus omnibus percaute uti opus est.

4. Scripta hominum Cretensium duo tantum relicua sunt, scolion Hybriae poetae Cretici traditum ab Athenaeo XV p. 695 F, 696 A et Eustathio p. 1574, 7, quod dialectum praebet mistam formis epicis et vulgaribus, et epistula, quae dicitur Epimenidis, a viro dialecti Creticae satis gnaro conscripta et allata a Laertio Diogene I § 105 sqq.

Quibus Creticae dialecti fontibus perlustratis libenter mihi concedes, fieri non potuisse ut in adornanda materia certorum temporum rationem haberem. Quare quoniam maxima et gravissima titulorum pars, tribuenda est tempori recentiori huius omnino temporis dialectum illustratam volo.

[1]) Cf. I. Franz. Elementa epigr. Graecae p. 149. — [2]) De his conf. Ahrens. Aeol. p. 5. Dor. p. 25.

De consonantibus.

§ 2.

De digammate.

1. Digamma eiusque varia vestigia a Cretensibus, ut omnino a Doriensibus, usque ad tempora recentissima in singulis vocibus servata sunt, et ipso quidem digammatis signo ornata haec spectantur vocabula:

ἀποϝειπάϑϑω in tit. Gort. vers. 11, quod imperativus aor. I medii, pro *ἀποϝειπάσϑω*, esse mihi videtur.

καταϝηλμένων, in eod. tit. v. 13, forma verbi *εἴλω*, cuius radix est *ϝελ*,[1]) quam coniungo cum proximis *τῶν πολιατᾶν*. Nam quamquam *εἴλω* proprie dicitur de hominum in unum locum compressa multitudine (praesertim in pugna) vel de premendo aliquo, de convocandis tamen vel congerendis in contionem civibus non minus recte dici potest. Sed maiorem fortasse dubitationem tibi movebit ipsius formae: *καταϝηλμένων* explicatio, mihi quidem contractum est *ϝηλμένων* ex *ϝεϝελμένων*. Reduplicatione enim adhibita radix *ϝελ* aucta est in *ϝεϝελ*, quae forma, cum digamma inter vocales positum prius evanescat, quam si vocem exordiatur, id quod etiam factum est in reduplicata stirpe verbali *ϝειπ* (pro *ϝεϝεπ*),[2]) postquam in *ϝεελ* mutata est in *ϝηλ* abiit. Congruit praeterea haec perfecti formatio cum Homerico *ἔελμαι*. Froehnerus pro *καταϝηλμένων τῶν πολιατᾶν* perperam legit *καταϝελσεγόντων πολιατᾶν*.

ϝαξίων s. *Ϲαξίων* legimus in nummis Axi vel Oaxi[3]) oppidi et in titulo Vaxio, Eckhel. p. 305, Mionnet. II p. 263, Suppl. IV p. 307, Pashley, Travels in Crete I p. 156; 65 et 3050, 1. 2. ubi Chishullum *Ϲαξίων*, Sherardium p. 35 *Σαξίων*, p. 36 ad v. 1 *Ϲαυξίων* tradere Boeckhius docet, sed hoc, *Ϲαυξίων*, exhibet etiam in eiusdem tituli vv. 13. 17. 23 exemplar Lebasi, Chis. et Sher. tradentibus *Σαυξίων*, id quod iure in *Ϲαυξίων* mutavit Eckhel. p 306, quem laudat Boeckh. in C. I., v. II p. 638b probe addens: „etiam ap. Scylac. c. 48 (p. 19) pro *Παξὸς* scripserim *Ϲαξός*.“ Jam antiquum hoc oppidi nomen Voretzsch. p. 7 et Curt. p. 475 503 secuti Stephanum Byz., qui dicit s. v. *Ὄαξος: τινὲς δὲ καὶ διὰ τὸ κατάκρημνον εἶναι· καλοῦσι γὰρ τοὺς τοιούτους τόπους ἀξούς*,[4]) revocaverunt ad radicem *ϝαγ*. De *ϝαῦξος* forma cf. § 11, 1.

ϝικαδίονος in tit. 2598, 2. ubi Boeckhius *ϝικαρίωνος* corrigendum esse censuit, haud recte. Nam *ϝικαδίων* respondet *Ἰκάδιος* (s. *Εἰκάδιος*[5]) nomini hominis cuiusdam Cretensis, quem Delphos venisse Servius narrat in comment. ad Aen. III, 332. Quod cum bene demonstraverit Voretzsch. p. 6 non probanda tamen est eiusdem viri docti opinio, etymon nominis inesse in verbo *εἰκάζω*; nunquam digammate instructum fuit hoc verbum.[6]) Compares vero radicem *ϝικ*,[7])quae est in verbo *εἴκω*.[8])

ϝελχάν s. *ϝελχάνος* praebent nummi Phaestii, illud Eckhel. p 317, Mionn. II p. 289, Suppl. IV p. 331 nr. 226, hoc nummus ap. Mionn. Suppl. IV p. 331 nr. 225 et in Bullet. dell' inst. arch. 1841 p. 174, unde corrigenda est Hesychi glossa: *Γελχάνος· ὁ Ζεύς, παρὰ Κρησίν*, quod Iovis cognomen utrum ab orientalibus populis originem traxerit,[9]) an natum sit e radice vargh[10]) (in *βρέχω*), certo diiudicare non ausim.

ϝάλυρος antiquius *Ἔλυρος* oppidi nomen restituimus in Scylacis Periplo§ 47 p. 18 ex *Σάλυρος*,[11]) quod quin veram exhibeat nominis formam conlatis *Σαυξίων* et *ϝαυξίων* nemo

---

[1]) Curtius: Grundzuege der griech. Etymologie, ed. 2 p. 483; infra Curt. tantum scribam, ubi hoc opus conferendum; vid. etiam *ἐγϝηληϑίωντι* in tab. Heracl. 1, 104 (153). — [2]) Cf. etiam *ἦπον, ἦχες*, Ahrens. Aeol. p. 90. — [3]) In Steph. Byz. et in Herodoti libris manuscriptis nomen audit *Ἄξος* et *Ὄαξος*. — [4]) Oppidum in monte praerupto situm esse narrat etiam Spratt. II, 76. — [5]) In titt. C. I. 3089, 6 Teio, 5574. 1 Panorm. et nummis Smyrnaeis, Mionn. III. 212. 218, Supplem. VI, 310. — [6]) Curt. p. 587. — [7]) Id. p. 125. — [8]) Idem suspicatus est Hey p. 39. — [9]) Cf. M. Schmidt in edit. Hes. s. v. et in Kuhni diar. vol. XII, ubi censuram scripsit dissertationis Voretzschi, p. 215 et Hey, qui p. 39 comparat Hebr. בַּ־ל־חָנָן s. בַּל־חָנָן dominus gratiae. — [10]) Curt. p. 174, Voretzsch. p. 6. — [11]) Ut exhib. codd., cf. Mueller Geogr. gr. min. I p. 43.

dubitabit. Ductum autem est *ϝάλυρος* e radice *ϝαλ*[1]), ut significet oppidum in valle situm, cf. Pashley I p. 98 sq., cui addimus duce Voretzsch. p. 5

ϝολοῦς, ut pro *Σολοῦς* (*Σολοῦντα* et *Σολοῦντος*) in Stadiasmo maris magni, ed. Mueller, Geogr. gr. min. I p. 514 § 350. 351 scripsit Voretzschius eandem ponens nominis stirpem quae est in *ϝάλυρος*. Sprattius quidem vol. I p. 200 sq. *Σ* in *Σολοῦς* nomine explicandum esse putat ex more, qui nunc viget apud Cretenses, anteponendi vocalibus *σ* vel *τσ*, exempla afferens nomina Etera nunc Setera, Etea Setea, Itanos Sitanos Tsitanos alia, sed illum morem iam eo tempore, quo Stadiasmus mar. magn. scriptus est valuisse veri simile non est. Errat etiam Savelsberg, de digammo p. 25, quod nomen revocat ad voc. *βολβός*: „oppidum bulbosum, bulbis consitum.“

Neque vero assentior Voretzschio et Heyo, qui huc trahant voces *ϝάστριον* et *ϝηθία*. Illam enim Vor. p. 7 legendam esse in Hes. glossa *Γάστριον· πέμμα σησαμῶδες παρὰ Κρ.* et ex *ϝάδτριον*, cuius prima syllaba contineat *ϝαδ* stirpem adiectivi *ἡδύς*, ortam censet, mira certe formatione! Nonne multo simpliciorem explicatum habet *γάστριον* ex voce *γαστήρ*, praesertim cum *γ* litteram exhibeant Etym. Magn. p. 221, 45, Bekk. Ann. Gr. p. 230, 19, Athen. XIV, 647 F. sq. (ubi *γάστρις* mutes in *γάστριον*). *ϝηθία* deinde quod praebet Hesych. in gl. *γηθία· ἤθη* non indicata tamen dialecto, eodem iure Boeotis[2]) addici potest quo Cretibus.

12. Ut apud alias Graeciae gentes sic apud Cretenses digamma saepius mutatum est in *β* consonam, cuius rei exempla affero e titulis:

Βολοε]ντ[ίοι],[3]) *Βολοεντίος*, *Βολοε]ντ[ί]ων*, in Lytt. II, 2. 10. 14, *Βολόεν[τα* Lytt. III, 11, quod Oluntiorum nomen esse antiquum cognovit et e rad. *ϝαλ* ductum explicavit Voretzsch. p. 5, cf. supra *ϝολοῦς*.

Βιδατάν (accus. ibid. v. 6) Iovis cognomen vario modo explicatum. Primus Voretzsch. p. 15 nomen a rad. *βιθ* (*πιθ*) *θ* in *δ* mutato descendere et idem quod *Ζεὺς Πίστιος* significare putavit; sed hanc consonae *θ* in *δ* mutationem apud Cretenses non reperiri videbimus § 4, II, 4. Tum Hey p. 40 Schmidtium (l. l. p. 217) secutus et *Βιδατάς* vulg. *Ἰδήτης* cognomen ab Ida monte, cuius radicem v̄i posuit Benfey,[4]) ductum esse arbitratus conferri iussit cognomen Iovis usitatissimum *Ἰδαῖος*. Quae tamen ipsa forma, cum Iovis cognomina, quae originem ducunt a locis, velut *Δικταῖος*, *Ἄρβιος*, *Ταλλαῖος*, *Ἀλύσιος*, semper fere formata sint auxilio suffixi — *ιο*, nunquam suff. — *της*, quod suffixum ubique significat[5]) Iovis naturam et praecipue additur cognominibus oriundis a verbis e. c. *νεφεληγερέτης*, *μητιέτης*, *ὑψιβρεμέτης*, monet nos ut aliam quaeramus vocis explicationem, quam mihi denique visa est afferre rad. *ϝιδ* (*οἶδα*), ut *Ζεὺς Βιδατάς* idem fere sit atque *Ζεὺς Πανόπτης* vel *Ἐπόπτης*. Eiusdem dei fanum commemoratum videtur Voretzschio in tit. Ven. v. 23 verbis *τῶ Βιδατάω*, omissa diphthongi *αι* vocali *ι*, conl. *ἀγέλαος* pro *ἀγέλαιος* in eiusd. tit. v. 43 et Drer. v. 11. Sed tamen cum mira sit ratio vocis *Βιδαταῖον* a *Βιδατάς* derivatae et eo tempore, quo titulus Ven. scriptus est, *ο* et *ω* in titulis scribendis confundi iam coepta sint, legendam esse conicimus genetivi singularis formam solutam *τῶ Βιδατάο* non ignorantes quidem, in aliis Creticae dialecti fontibus contractam solam reperiri formam.

Βορθίω, in tit. V, 13, quod recte comparavit Naberus cum *Βορθαγόρας* nomine in titulo Argivo Corp. Inscr. 2, derivandum esse videtur ex *ὀρθός* voce, cuius Laconica fuit forma *βορθός*.[6])

τὰν βωῖαν (*Ὀρυκόππαν*), Ven. 24 spectat ad rad. v̄as, unde *ἄστυ* et *οἴη* (Hesych: *οἰατᾶν· κωμητῶν, οἶαι γὰρ αἱ κῶμαι*; Phot. p. 317, 7 *οἰητάς· τοὺς κωμήτας Σοφοκλῆς Ἀνδρομέδᾳ*) originem ducunt. *Οἴη* enim cum Curtio revocandum est ad antiquiorem formam

[1]) Curt. p. 323 sq. — [2]) Cf. Ahrens Boeot. p. 179 (s. c. *ϝέτια* pro *ἔτη*). — [3]) His uncis includemus quaecunque litterae vel scripturae lacunis (in titulis praesertim) suppletae vel suspectarum in loco positae erunt. — [4]) Non magis placet, quam in „Hermes“ vol. IV p. 273 idem posuit explicationem rad. v̄ad, quae est in *ὕδωρ*. — [5]) Vid. cognomina Iovis in *της* viginti tria conlata a Gerhardio in operis „Griech. Mythol.“ part. I § 189—206, quorum unum solum repugnat *Ἰθωμάτας* (§ 196, 3), quod mutandum est fortasse in *Ἰθωμαῖος*. — [6]) Cf. Ahrens. Dor. p. 48. Aeol. p. 228, qui quidem addubitat de digammate in *ὀρθός*.

vas-jâ, quacum optime congruit βωϝα, cuius digamma in β abiit. *Βωϝα Ὀρυκόππα* igitur vicus est in finibus fortasse situs civitatum paciscentium. De Ὑπερβωϊα vero festi nomine in titulo 2556, 41 commemorato, quod Pottius[1]) ad eandem refert radicem, indicium certum adhibere non audemus.

Βοίνοπα in tit. 2554, 127 Boeckhius restituit pro Ῥοίνοπα, quem non refutabis cum Ahrensio p. 48, considerans certissime β digammatis locum obtinuisse in titulo Lyttio non recentiore, quam titulus 2554. Stirpem prioris nominis partis in οἶνος, ϝοῖνος inesse vix opus est commemorari.

Βοινοβίου in titt. 2576, 10 Spratt. tab. I, 7, 10, eandem rationem sequitur.

Βαναξιβούλου in titt. 2572, 10. 2577, 4 ex ϝαναξίβουλος ortum, conf. Ahr. Dor. p. 45.

Nonnullae in libris, Hesychi imprimis, reperiuntur voces. quae et ineuntes et mediae β pro ϝ positum praebeant. Atque in initio quidem β consona instructae sunt: *βαίκα*· ἐάν· Κρῆτες Hes., ut Heringae et Koeni[2]) amplexus coniecturam Hey p. 22. 40 glossam Hesychianam βαῖκαν.... Κρ. scribit et scite interpretatur. Confert enim Oscum svae=si in tabula Bant., unde apparet, βαίκα ortum esse ex σϝαίκα. — βαλικιώτης (vel potius *βαλικιώτας*)· συνέφηβος· Κρ. Hesych., in cuius etymo explicando cum Voretzschio (p. 8) consentio, qui ἡλικία vocabuli originem repetit a radice val, adhuc ex Latinae tantum linguae vocibus val-idus, valere, aliis cognita, et vertit „aetas valida.“ Errat certe Hey, qui p. 40 vocem ducit a pronomine ἡλίκος. — *βέλλιον*· ἀτυχές· Κρ. Hes., quod conlata Laconicae dialecti glossa βήλημα· κώλυμα Voretzsch. p. 8 revocavit ad verbum εἴλειν (cf. supra p. 5) interpretatus: „expertem, possessione aliqua pulsum.“ — *βολίζην* servae in glossis Hermonis, quas tradidit Athenaeus VI, 267 C. commemoratum coguomen e rad. ϝαλ, ϝελ (Curt. p. 322) originem ducere et „moletricem“ significare Voretzsch. p. 8 suspicatus est. — *Βελάς* denique vocabulum, quod Voretzsch. l. l. mutatis Hesychi verbis εἴρων καὶ καταγελαστής in εἴρην κατ᾽ ἀγέλας τις bene refert ad radicem ϝελ,[3]) non discernimus Creticum sit an Laconicum.

In mediis vocibus β digammatis locum obtinet his ab Hesychio traditis:

ἀβέλιον· ἥλιον Κρ., pro ἀϝέλιον, cf. Curt. p. 357. — *ἀπεξέβαι*· τὸ ἀποπατεῖν Κρ., quam glossam non dubitamus scribere cum Voretzschio (p. 9) ἀπεξέβαι· τὸ ἀποπτοεῖν, ut ἀπεξέβαι respondeat vulgari formae ἀπεκσεῖαι, antiquiori ἀπεκσέϝαι; conferas etiam voces σόβη, σοβέω, Curt. p. 341. — *ἰβηκτήρ* (vel potius ordine vocabulorum poscente ἰβικτήρ, quod procul dubio corruptum est ex ἰβυκτήρ)· ὁ παρὰ Κρησὶν Ὑβρίας (ut Schmidt. in philol. vol. XIV p. 760 iure scripsit pro ἴβριος). ἐμβατήριον ποιησάμενος ὅπερ ὁ ᾄδων οὕτω καλεῖται; iam ἰβυκτήρ eadem est vox atque ἰυκτά (Theocr. Idyll. VIII, 30) vel ἰυκτής, Dor. ἰυκτήρ, (Schol. ad. eund.), in quibus digamma, quod in ἰβυκτήρ in β mutatum esse concludimus, eiectum est.[4]) Eiusdem tamen radicis voces omnino in lingua Graeca, id quod proximi υ caussa factum videtur, β pro ϝ exhibent.[5]) — *λαίβας*· ἀσπίδας Κρ. in Alberti legimus editione, pro quo βαίβας Musurus, β igitur certe in libris est. Quare cur Schmidtius β deleverit non intellego. Originem vocis λαίβας eandem esse quae Latinae vocis „laevus“ iam Ahrensius (Dor. p. 49) vidit, cf. praeterea Curt. p. 325.

Minime vero *ΘΙΒΟΣ* vocabulum quod legitur in recentiore nummo Gortynio (Mionnet. vol. II p. 280), huc referens θιβός pro θεός, θεϝός Cretas locutos esse arguere debebat Voretzsch. (p. 9), quem satis refutavit Curtius p. 451 sq. Obscurum autem vocabulum nomen proprium esse magistratus alicuius Gortynii monetae praefecti suspicatus est Roscher in librorum, qui a Curtio editi inscribuntur „Studien“, vol. II p. 155, quem probamus Saepius enim in nummis Creticis nomina propria praeter nomina oppidorum reperiuntur, veluti in numm. Gnosiis (Mionnet. II p. 265—271) Ἀριστίων, Μνασίθε[ο]ς, Κύδας, aliis. Item Voretzsch. errat, quod ex menologio Florentino (Hoeck Kreta III, 444) huc trahit

[1]) Pott. Etym. Forsch. I p. 279 editionis primae, Curt. p. 188. 517, quo loco οἴη hinc secernit, non recte, ut videtur. — [2]) Vid. Greg. Corinth. in edit. Schaeferi p. 250. — [3]) Curt. p. 483. — [4]) Vid. etiam Schmidt. in Philol. vol. XIV p. 760; consentit Hey p. 20. — [5]) Cf. Curt. p. 516.

mensis Cretensis nomen Ὑπερβερεταῖος, quod ei ortum est ex Latinorum voce „opertus", unde sacra Bonae Deae oblata „opertanea" vocata sunt. Nam nec radix verbi operiundi certa (cf. Curt. p. 484), nec mensis Ὑπερβερεταῖος Bonae Deae, sed Apollini sacer est; qua de caussa probanda mihi videtur Ahrensi[1]) sententia, nomen Ὑπερβερεταῖος non aliud esse quam Ὑπερφερεταῖος, idque ex Macedonia, ubi β pro φ pronuntiatum constat, Delphos indeque ad Cretas venisse.[2]) Tum Hey p. 41 ex Ioann. Gramm. de dial. Dor. libr. p. 243b affert ἔβα et ἔβασον (pro εἶα, εἴασον), quae Dorica omnino dicuntur. Deinde ἴβηνα (τὸν οἶνον Κρ. Hesych.) ex Baccharum exclamatione Εὐάν, unde Bacchus Evan appellatus, natum Voretzschius vult, quod quin ad radicem λιβ revocandum sit, conlatis quae congesserunt Lobeck Elem. Path. I, 108 et Curt. p. 328, non dubitabis. Haud minus denique incerta sunt, quae idem Voretzsch. p. 8 sq. 22 comparavit vocabula Βινατία, Βισίων, βαθανία, βασκαρίζειν. Nam Βινατίαν quidem (Εἰλείθυιαν), quod praebet tit. Ven. 64. 80, non differt a cognomine Εἰνατία s. Ἰνατία (cf. Hoeck I p. 412), sed latet origo et huius vocis et vocum βαθανία et βασκαρίζειν,[3]) nominis autem Βισίων genetivum Βισίωνος Voretzschius cum aliis legit in tit. Drer. v. 7, qui exhibet ΒΙΣΙΩΝΟΣ

At vel omissis dubiis his vocabulis certa tamen exempla, quae supra attuli e titulis et grammaticorum libris confirmant, iam exeunte saeculo a. Chr. tertio[4]) Cretenses pro digammate saepe et dixisse et scripsisse β, sonum igitur huius consonae simillimum fuisse digammatis sono.

3. Multo difficiliores sunt diiudicatu aliae quaedam digammatis mutationes, in quibus exemplorum penuria certi quidquam statui non sinat.

a) Ac primum quidem digamma superioris consonae dentalis vi in ρ consonam abiisse probat glossa Hesychi τρέ· σέ Κρ., cui adiungas eiusdem lexicographi glossas: ἄτρεγκτοι· ἄβροχοι (in Cyrill. cod. Vindob. 171) et δεδροικώς· δοικώς (δεδοικώς Musur.). In quibus glossis voces traditae sunt, quae antiquitus digammate instructae erant, τρέ enim revocandum est ad formam tva, δεδροικώς, quod quidem num vere in Hes. gloss. sic scriptum sit dubitari potest,[5]) ad δεδϝοικώς,[6]) ἄτρεγκτος cum verbo Gothico thvahan scite contulit Curt. p. 198. 398. Aliter quidem has voces explicat Schmidtius,[7]) qui ρ consonam consonae dentali temere additam putet ob eamque caussam Cretica dicat vocabula Hesychiana: βρίτος, δρέτται, Γύγρών, κορθύ, κραῖσον, στράχυς, τράφυς, πιφραύσκω, φριγά, χρεῖμα. Verum nec probabile est Cretenses consonas mutas temere auxisse ρ consona, nec ulla alia dialecti Creticae proprietate insignes sunt hae voces, in quibus ρ vel eorum, qui glossarium describebant erroribus, id quod in litteris φ et χ saepius fieri ipse Schmidtius dicit, vel mori illi deberi videtur, ex quo posterioribus temporibus in dialectis vocibus his illis ρ ad haesit.[8])

b) Deinde quin digamma a Cretibus etiam mutatum sit in ο vocalem comparatis ceteris Graecae linguae dialectis non dubitabis.[9]) Nam etiamsi omittimus Ὀλισσήν nomen,[10]) quippe quod e Βλισσήν vel Λισσήν vel Γλισσήν[11]) ortum sit, restant tamen Iovis cognomen Ὀράτριος in titt. 2555, 11; II, 13. 19.; Ven. 61. 77. in quo explicando ut refellamus Schneidewinum, qui (Philol. IX, 699) pro ϝράτριος dictum esse Ὀράτριος suspicatur, nulla est caussa,[12]) et oppidi Cretici nomen Ὄαξος,[13]) quod in titulis et nummis ϝάξος et ϝαῦξος

[1]) Cf. Nev. Museum Rhen. vol. XVII p. 341. — [2]) Vana sunt quae de nomine explicando disputat Hey p. 41. — [3]) Hey p. 40 in βασκαρίζειν et Βινατίαν temere et casu β praepositum esse putat, cf. Ahr. Dor. 45. — [4]) Tituli Lytt. II, Ven., V non editi erant quo tempore opus suum scripsit Ahrens., qui (Dor. p. 48) hanc mutationem saeculis a. Chr. factam esse negat. — [5]) Cf. Editt. Alberti et Schmidti s. h. v. — [6]) Vid. Ahr. Dor. 51. — [7]) In edit. Hesych. ad v. τρέ et in Kuhni diar. vol. XII p. 214, assentitur ei H. Weber. qui in Fleckeiseni Ann. philol. 1865 p. 645 sqq. censuram scripsit dissert. Voretzschi, p. 551. — [8]) Cf. etiam Hey p. 42 sqq. — [9]) Vid. Curt. p. 500 sqq. — [10]) Ahrens. Dor. 50. — [11]) Voretzsch. p. 10, Curt. p. 308. — [12]) Minime probanda est Voretzsch. (p. 11) sententia, Ὀράτριος originem ducere ab ο prothetico et ϝράτριος. — [13]) Vid. Herodot. IV, 154 et ibid. libr. MSS.; Steph. Byz. s. v.; Suid. s. v. Βάττος; Apoll. Rhod. I, 1131; Verg. Ecl. I, 65, ubi Oaxes fluvius Cretae commemoratur; Serv. ad Ecl. II, 24.

audire vidimus p. 5. Si nihilo minus Hey p. 42 Voretzschium secutus hanc mutationem in dialecto Cretica factam esse negat, quod Ὄαξος Stephano Byz. debeatur et Cretes ϝ ante ϱ in β converterint, non reputavit certe, et Cretenses in consonis proferendis magna usos esse varietate et Ὄαξος nomen non solum a Steph. Byz., verum etiam a multis aliis scriptoribus traditum esse, unde concluderes, in ipsa insula nomen item Ὄαξος dictum esse. Quam ob rem non dubito dialecto Creticae addicere cum Schmidtio vocem θοιά (ζεῦγος ἡμιόνων. Hesych.) e stirpe θϝι (Curt. p. 215. 503) ductam, de cuius consona aspirata conf. § 3 I B.

c) Tum quaeritur, num digamma υ vocalis speciem induerit apud Cretas, eaque ut apud alias gentes Graecorum,[1]) in diphthongum coaluerit cum vocali antecedente, quod in dubitationem vocavit Hey p. 41. cum ex vocibus ex. gr. ἀβέλιος, ἀπεξέβαι satis appareret, Cretas ϝ in β mutavisse, cui ut assentiar tantum abest, ut libenter agnoscam si quae vocabula υ e ϝ ortum exhibent. Nam magna in proferendis litteris varietate usos esse Cretenses et supra monui et exempla infra afferenda docebunt. Sunt autem duo vocabula, quae υ pro ϝ praebere mihi videntur Νεύαντος et δαυκός, omissis formis εὔα et εὔαδον quae ad Doricam omnino dialectum vel Theocriteam referenda sint ap. Greg. Cor. p. 354 et ap. Grammat. Meermann. p. 658 (ed. Schaefer), et verbo εὐάδειν, quod pro ἐϝάδειν[2]) legitur in libro haud magnae fidei, Chishull antiqu. Asiat p. 115 (vid. Maittaire De dial. Dor. § 272 C). Νεύαντος enim nomen scalptoris, quod traditum est in nummis Cydoniae [3]) procul dubio spectat ad formam antiquiorem Νέϝαντος et δαυκός herbae Creticae nomen Lobeckius in operis cui inscriptum est „Ῥηματικόν“ p. 285 scite comparavit cum δαίω verbo, cuius radicem δαϝ vid. ap. Curt. p. 208 nr. 258. Iam cum Hesychius tradat δαῦκος· ὁ θρασύς, καὶ βοτάνη τις Κρητική et, ut Lobecki utar argumentatione, θερμός et calidus pro „audax“ dicatur, in scholio autem ad Nicandri Theriac. v. 94 (p. 12 ed. Keil) de herbae natura scripta sint haec: τὸ δὲ κοινὸν τῆς δυνάμεως ἰδίωμα δριμὺ καὶ πυρῶδες, non dubito quin δαυκός ductum sit e δαϝικός ut ex. gr. Πόλχος e Πόλιχος, mutetur modo accentus, qui vulgo legitur. Quibus si υ pro ϝ positum non alienum a lingua Cretica probavi, certe assentieris Voretzschio qui (Herm. IV p. 270) in Meleti Geogr. p. 409 pro Ὄλουλις scribendum censet Ὀλούεις ex Ὀλόϝεις ortum.

d) Denique in π consonam qui digamma abire dicant[4]) exemplum afferentes Πόλχος[5]) vocem quae transposita littera λ eadem sit atque ὄχλος, valde errant. Nam Πόλχος nomen proprium est, ut Θίβος, ex Πόλιχος (C. I. nr. 1753) ortum[6]) idque ex Πολίοχος.[7])

§ 3.

De consonis mutis.

A. Litterae tenues.

1. τ.

a) Consonam τ eadem condicione qua omnino in dialecto Dorica usque ad tempora recentissima a Cretensibus servatam nec in σ vulgare mutatam esse docent primum verborum activorum personae tertiae plur. ex. gr. μέλλοντι, ἀναγνῶντι in tit. 2556, 42. 43, unde concludas item pers. tert. sing. verborum in — μι exiisse in — τι, ut apud ceteros Dorienses (Ahrens. Dor. p. 312), tum praepositionis πρός formae antiquiores ποτί

---

[1]) Vid. Curt. p. 496 sqq. — [2]) Curt. p. 206. — [3]) Cf. Eckhel. II p. 109; Mionnet II p. 271; A. v. Sallet „Die Kuenstlerinschr. auf griech. Muenz.“ Berol. 1871. p. 6. 8. 31. — [4]) Vid. Christ Griech. Lautlehre p. 180. 246. — [5]) In nummo Gnos., Eckhel II, 308; Hoeck Kreta, in tab. volumini I addita. — [6]) Vid. Roscher. l. l. p. 154. [7]) C. Keil. Analecta epigr. et onomatol. p. 90.

et *ποτί*, quae in multis titulis leguntur, deinde nomina adiectiva, quae suffixi — *ιος* auxilio e nominum formis in *τ* exeuntibus ficta sunt, et substantiva ex his ducta, veluti *πλατίος* ab Ahrensio (Dor. p. 363) epistulae Epimenidis restitutum, *Ἀρταμίτιος* mensis nomen in tit. 3052, 1 a Dorica stirpe *Ἀρταμιτ* ortum, *Ὀλοντίοι* vel *Βολοεντίοι* et *Μιλατίοι*, ut cives Oluntis et Milati oppidorum audiunt in titt. 2554, Lytt. II, Drer., duo Iovis cognomina *Ἐπιρνύτιος* (Hesych.)[1] et *Μοννίτιος* (in titt. II, 20; 78, 14)[2], denique *τ* servatum conspicitur in pronominis personalis formis *τύ*, in epist. Epim., et *τεόρ*, *τρέ* ab Hesychio traditis.

b) Contra vulgaris dialecti *σ* iam saeculo a. Chr. tertio consonae *τ* locum obtinuit in vocabulis, in quibus Dorienses omnino *τ* diutius ceteris Graecis retinuisse constat, hisce: *Ποσειδῶνος*, tit. 2554, 93, *Ποσειδᾶν*, ibid. 179, *διακοσίοι*, tit II, 18, *πεντακοσίοι* (in nominibus igitur numer. quae cum *ἑκατόν* composita sunt), vid. Ahrens. Dor. p. 61. 64. 243 sqq. 281.

c) Consona *τ* pro *ϑ* in dialecto Cretica non obvia est. Cuius mutationis quod allatum est exemplum *Ἀρταμίτιος* nomen a genetivo *Ἀρτάμιτος* derivatum est, quo Dorienses usos esse docet Ahrens. Dor. p. 240.[3])

d) De aspiratione *τ* consonae videas § 4, in qua in universum de hac mutarum affectione disputabo.

2. *π*.

Nonnunquam *π* vice consonae *β* fungitur, et post o quidem vocalem ex *α* vulgari ortam, ita ut syllaba Cretica *οπ* respondeat Atticae *αβ*. Quod testantur Hesychi glossae *ἀβλοπές· ἀβλαβές. Κρ.* et *ἀροπῆσαι· παταγῆσαι* (ut vere Voretzsch. p. 14 scripsit pro *πατῆσαι*) *Κρ.* = *ἀραβῆσαι*, quibus monente Schmidtio[4]) addas tertiam glossam *μέσσοπα· ἱμάντα, τὸν περὶ τὸν ζυγὸν καὶ τὸ ἄροτρον δεδεμένον*, in qua *μέσσοπον* pro *μέσσαβον* dictum apparet. Ceterum eandem mutationem in Lyciorum dialecto agnovit Schmidtius,[5]) conlatis nominibus *Καβαλίς* et *Ἄβασις* cum Lyciis *Κοπαλλί* et *Ὀπασι*.

Neque vero hinc sumi licet *β* ubique in *π* abire potuisse apud Cretas, quod factum opinatur Voretzschius p. 17, cum in Hes. gl. *ἄπασ· χαλκὴ λαμπρ ὅ Κρ.*, mutato interpretamento in *ἀλκῆς λαμπρᾶς ὅλης*, aequiparet *ἄπας* cum *ἥβας*, quam glossam alia via sanandam esse ostendit Schmidt. in ed. Hesychi.[6])

b) Contrariam mutationem consonae *π* in *β* exhibet vox *κόμβα· κορώνη· Πολυῤῥήνιοι* Hes., quam Hey p. 31 suo iure rettulit ad rad. *κοπ* (*κόπτω*). Sed cum *β* in hac voce haud dubie debeatur consonae *μ*, ut in vocibus, quas ipse contulit Hey, *ἴαμβος* ex *ἰάπτω*, *ῥόμβος* ex *ϝρεπ* radice oriundis (vid. Curt. p. 472 sq. 315), mihi non persuasit idem Hey, qui p. 31 *βαϑανίαν* (*νεοσσείαν. Κρ.* Hes.)[7]) vocem ex eadem radice ortam esse vult, quae est in *πάϑνη*, *πατέομαι*.

3. *κ*.

a) Consona *κ* apud Cretas, ut in universum apud Dorienses,[8]) vulgaris dialecti consonae *τ* respondet in adverbiis temporalibus *τόκα* et *πόκα*, in quibus quin *κ* antiquior sit consona, dubium non est.[9]) Leguntur haec adverbia in titulis 2556, 40. 3048, 38. 3049, 14. 3058, 17. III, 10. VII, 8. Drer. 99 (*τόκα*); Drer. 37. Gnos. II, 19 ap. Lebas (*πόκα*).

---

[1]) Conf. Gerhard Griech. Myth. I p. 161. 602 et Schmidti adnotat. ad voc. in ed. Hesych. — [2]) De *Μοννιτος* nomine vid. Keil Analect. p. 234. — [3]) Conf. etiam Curt. p. 470. — [4]) Nov. Mus. Rhen. vol. XVIII. p. 632. — [5]) In Kuhni diar. vol. XII p. 213 et in Kuhni et Schleicheri libr., qui dicuntur „Beitraege zur vergl. Sprachf.“ etc. vol. V (1867) p. 269 sq. — [6]) Cf. etiam infra § 4, II, 2 ad v. *ἐπαποδρόμιον*. — [7]) Glossa obscura fide vix digna est, cum in glossario sequatur glossam *βάσανος· δοκιμασία*. — [8]) Ahrens. Dor. p. 79. 376 sq. — [9]) Vid. Curt. p. 428.

b) Modo vidimus Cretas β post ο positum duriore quadam voce pronuntiasse, ut pro π sumpserint qui glossas Creticas conscripserunt: nunc iam quaeritur, utrum γ quoque similis fuerit κ consonae in ore Cretensium necne. Quod factum esse Schmidtius [1]) contendit praecipue nisus glossis Hes. βαικαν. … Κρῆται et Καρτεμνίδες· οἱ Γορτύνιοι Κρ. Sed illam glossam aliter esse explicandam vidimus p. 7, haec contrarium, ut videbimus in litt. c, probat. Una tantum in voce Hes. agnoscenda est haec mutatio κλάγος· γάλα Κρ. (Homer. γλάγος), [2]) cui analogiae caussa Schmidtio monente fortasse addes alteram glossam Hes. κλαυκιόων· λαμπρυνόμενος τὰς ὄψεις, unde conici posse mihi videtur, Cretenses γ consonam principem altera sequente consona similiter pronuntiasse atque κ, minime vero ubi inter vocales posita est.

c) E contrario κ antiquiore iam tempore [3]) in γ, sed in singulari nomine, mutatum nobis videtur comparantibus Καρτεμνίδες et Γορτύνιοι nomina, probe enim Hey p. 15, cum Phoenices Γόρτυν oppidum condidisse tradantur, conlatis Arcadum nomine Κορτύνιοι (a Κόρτυς Hesych.) et Hebr. קֶרֶת „oppidum,“ קַרְתָּן, nomine oppidi in tribu Naphthalitarum siti, huius oppidi nomen e lingua Phoenicia ductum esse demonstravit. Nihilo minus fidem vix tribues Hesychi glossae ἄργετος· ἡ ἄρκευθος Κρ., quae glossa si vera est ad plebeiam certe pertinet linguam. Nam, ut infra erit iudicandum, ἄρκευθος quoque in lingua Cretica traditum est.

B. Litterae mediae.

1. δ.

a) Consonae β vice fungitur δ in vocibus ὀδολκαί· ὀβολοί Κρ. (Hes.), cuius simillima est Dorica vox ὀδελός, [4]) Aeolica quoque dicta a scholiasta, minoris quidem fidei, ad Nicandri Ther. v. 93, et δέλτιον, quo Cretas pro ἀγαθόν (cf. compar. βελτίων a stirpe βελτο) uti dicit Photius in v. Antenor. Quae mutatio nata mihi videtur ex antiquioribus βδ compositis eodem modo quo δ saepius originem ducit ex γδ. [5]) Nam et in Graeca et in linguis ei cognatis reperimus verba, quae vel δ ad β accrevisse, vel δ postquam ad β accessit solum relictum ostendant, conferas ex. gr. σίβδη et σίδη; [6]) ἄβελλον et ἄβδελον = ταπεινόν, Hesych.; βδέω, Lat. visio, Litt. béz-d-as, βδελυρός, Sanscr. balavān; βδέλλα, Lit. delẽ; [7]) δελφῖνες et Δελφοί voces in dial. Aeol. βελφῖνες et Βελφοί. [8]) In quibus vocabulis δ ad β accessit ut τ ad π [9]) vel, ut rectius dicam, δ originem ducit ex j consona, quae nescimus cur consonis π et β in lingua Graeca nonnunquam addita sit. Curtius quidem p. 420 in vocibus βελφῖνες = δελφῖνες, Βελφοί = Δελφοί utramque consonam, et β et δ, ex antiquiore quae est in voce Sanscr. garbhas consona γ ortam putat, sed licet hanc sententiam prorsus refutare non possimus, comparatis tamen quae supra attuli exemplis veri similius mihi est, linguam Graecam ab initio β solum in his vocibus suppeditasse, et in ipsa ὀβολός voce β antiquius demonstravit Roth in Kuhni diar. vol. XIX p. 218 sq. — In titulo II, 27 ὀβολούς legi, non est cur mireris, cum reputas titulos recentioris aetatis, cuius est tit. II, magis minusve formas praebere vulgares.

b) Consona δ pro γ posita in voce ἀδνόν· ἁγνόν Κρ. (Hesych.), ut in δνόφος = γνόφος, procul dubio debetur γ cons. nasali, a quo vocabulo originem ducere Ἀριάδνη [10]) nomen bene monuit Curt. p. 635 sq. not., conlata nominis forma Ἀριάγνη, quam in Jahni descript. thesauri vasor. Monac. p. 205 legi idem narrat; vid. etiam Keil Analecta p. 193. 194.

---

[1]) In edit. Hesych. ad v. βαῖκαν et in Kuhni diar. vol. XII p. 216. — [2]) Weberum, qui l. l. radicem posuit καλ, satis refutavit Hey p. 30. — [3]) In nummo antiquo, Kirchhoff l. l. p. 54, legimus Γόρτυνος τὸ παῖμα. — [4]) Ahrens. Dor. p. 81; Aeol. p. 42. — [5]) Cf. Leo Meyer Vergl. Gram. I, 38. — [6]) Vid. Lobeck. Aglaoph. p. 1034. — [7]) Curt. p. 207; Christ. Griech. Lautlehre p. 82. — [8]) Vid. Curt. p. 420. — [9]) Cf. Curt. p. 437, Cretica huiusmodi sunt vocabula πτόλεμος in tit. 2554, 295 et πτόλιος in nummis Apteraeis, quos descripsit Mionnet. II, 261 sq. Suppl. IV p. 304 nr. 52; in titulis vero πόλις scriptum est. — [10]) Apte Prellerus vertit „Sanctissuma.“

2. γ.

Ex antiquitate retinuerunt Cretes γ[1]) consonam pro β vulgari in voce πρεῖγυς, Dorica πρέσγυς, quae in multis reperitur titulis, conf. § 5, 3.

C. Litterae aspiratae.

De litteris aspiratis et mutis inter se permutatis cum in paragrapho quarta dicendum mihi sit, nunc paucis tantum de ϑ aspirata disputabo.

1. Labialis aspiratae locum obtinet ϑ in voce ὄϑρυν· Κρ. τὸ ὄρος Hes., quae quin ad ὀφρύς (supercilium) revocanda sit nemo dubitabit, et in nomine adiectivo ὀϑρυόεν· τραχύ, ὑλῶδες, δασύ, κρημνῶδες, quod idem tradidit Hesychius. Sed tamen haec aspiratorum inter se permutatio cum in universum a Graecae linguae dialectis non sit aliena,[2]) quod ipsum ὄϑρυς vocabulum edocet certe non secernendum a montis Thessaliae nomine Ὄϑρυς, non probanda mihi videtur Schmidti opinio, Creticas quoque esse glossas Hesychianas ἐλαϑρά· ἐλαφρά. ἢ ἐν ἐλαίῳ ἑφϑά (cui etiam adversatur altera glossa Ἐλαφρός· εὐβάστακτος κοῦφος. ἢ Ζεὺς ἐν Κρήτῃ) et ϑέλλα· κλάδους ἢ φέλλα ἢ ἑορτὴ Ἀφροδίτης.

2. Consonam ϑ a Cretibus ita pronuntiatam esse, ut paullatim haud aliter audiret atque σ, quod in Laconum dialecto post Alcmanis tempus factum Ahrensius (p 66—71) permultis illustravit exemplis, idem negavit simulque dubios duxit duos, qui hunc morem indicant, locos, verba τὸς ἄλλος σιώς in tit. 2554, 185 et glossam Hesychi σεῖναι· ϑεῖναι Κρ., quem secuntur Schmidtius (in Kuhni diar. vol. XII p. 215), Voretzschius p. 23, Hey p. 36. At communis est hic mos Cretensibus cum Laconibus. Legimus enim in tit. Ven. vv. 17. 36 ϑάλαϑϑα certe lapicidae errore scriptum pro ϑάλασσα, quod v. 31 in vocis clausula —σσα latere videtur. Qui error unde originem ducat si quaerimus, simplicissima nobis inde fit explicatio, quod apud Cretas eo tempore, quo titulus exsculptus est (saeculo ante Chr. tertio), consonae σ et ϑ in pronuntiando haud multum inter se differebant, quo perductus lapicida, antecedente quoque ϑ, in media voce ϑϑ pro σσ scripsit, recte tamen v. 31 σσ ponens. Iam si ex altera parte confers vocabula σιός et σεῖναι, in quibus σ pro ϑ conspicitur, Cretensibus illam permutationem addicere vix dubitabis. Corrigenda modo est propter infinitivi Dorici, ut Ahrensio iam visum, formationem glossa σεῖναι et cum Schmidtio sic scribenda: σεῖνες· ϑεῖνες; σεῖνες autem pro σῖνες (ϑῖνες) ab Hesychio scriptum ne mireris reputes, quam saepe et in ipso Hesychi glossario et in titulis posterioris temporis ει et ι inter se permutentur.

Aliter quidem de duplici ϑ explicando sentit M. Schmidtius,[3]) qui ϑάλαϑϑα confert cum formis in eodem titulo obviis ἰϑϑέντι, ἰϑϑέντες et Cretenses omnino duplicis aspiratae amantiores fuisse contendit. Sed et illae formationes prorsus aliam, ut infra docebo, secuntur rationem, quam amorem consonarum aspiratarum duplicum, nec ipse Schmidtius nobis dicit, qui e σσ procedere potuerint ϑϑ. Fortasse Cretas ϑάλαττα pronuntiasse indeque ϑάλαϑϑα ortum esse sumpsit, ut etiam Voretzschius p. 18 et Hey p. 33, quod falsum esse et Doricae[4]) et Creticae dialecti fontes ostendunt, ϑάλασσα modo praebentes, vide titulos 2554 v. 105, 166, 192. 2556 v. 24, 54. 3052 v. 27. I v. 52, 55, 67. Lytt. III, 5. 75, 44. 76, 35. Veri similior Curti (p. 596) est sententia, ex qua in ϑάλαϑϑα voce antiquioris aspirationis, quae erat stirpi ταχ unde ϑάλασσα originem ducit, vestigium retentum, ϑάλαϑϑα igitur ex ϑάλαϑσα (pro ϑαλαχ-ja) ortum sit, adhibita adsimulatione progressiva, nec tamen probanda. Nam et Cretes hoc adsimulationis genere perraro usi sunt, minime in vocibus eiusdem atque ϑάλασσα formationis, ut confirmant ἐλάσσων (vid. § 7, 1b) et ipsum ϑάλασσα, quod in eodem titulo, quo ϑάλαϑϑα, satis certo legitur.

---

[1]) Vid. Curt. p. 420 — [2]) Cf. Curt. p. 425. 435. — [3]) In Kuhni diar. XII, 219. — [4]) Vid. Ahrens. Dor. p. 100.

Non abroganda ergo est fides vocabulis Creticis, quae σ et ϑ inter se permutata ostendunt, et Gregorio Corinthio docenti § 115ᵃ, Cretas, Rhodios, Argivos, Lacedaemonios hac mutatione usos esse, quippe quam paragraphum amplectantur verba in § 111ᵃ legenda: *καϑολικαὶ .... καὶ ἔτι αὖται.* Perrara autem huius rei exempla in fontibus Creticis inde fortasse explicaveris, quod apud Cretas non patuerit tam late, quam apud Lacedaemonios, sed exiguis quorundam oppidorum finibus contenta fuerit.

Obiter addam, ex simili pronuntiatione natam esse permutationem consonarum σ et ϑ, quae conspicitur in vocibus *ἐρυσίβη, ἐρυϑίβιος* (vid. Ahrens. Dor. p. 71) et *σαρμοί· ϑερμοί. Καρύστιοι* (Hesych.).

§ 4.

De consonantium mutarum aspiratione.

I. De litteris aspiratis.

Cretas amantissimos fuisse aspirationis haud paucae voces e titulis non minus quam ex Hesychi imprimis glossario sumendae edocent. Qui tamen amor cum non apud Cretenses solos, verum in omnibus Graecae linguae dialectis reperiatur,[1] Schmidtius certo erravit, quod Creticas dixit[2]) multas voces Hesychianas, quae aspirationem quidem passae sunt sed aliis carent mutationibus dialecti Creticae propriis. Omissis igitur illis vocabulis ea tantum congesta volo, quae vel in titulis Creticis leguntur vel a scriptoribus Cretica dicuntur vel compluribus signis Cretica esse probantur. Discernenda autem sunt:

A., litterarum tenuium quae aspiratae sunt tria genera.

1. Primum et simplicissimum quod adsimulationis quoque vocari potest genus praebent voces, in quibus adiuncti verbi litteram principem praepositio communicavit, consona igitur tenuis similis facta est aspiratae subsequenti. Cuius generis haec habe:

ἐπέχϑηται in tit. 2556, 21, *ἐπεχϑεσίμων* ibid. v. 25,[3]) *ἐχφερέσϑαι* in tit. II, 9.

Iam memineris omnino in lingua Graeca consonas gutturales et labiales quas sequitur dentalis aspirata in aspiratas converti, dentales in σ, excepta praepositionis ἐκ consona κ. Quam si a Cretibus nihilo minus in χ mutatam videbis, fortasse conicies Cretas praepositionem artiore quodam vinculo cum nomine vel verbo iunxisse, quod item factum apparet in vocibus *ἀπεξξέβαι* p. 7 et *ἐξιβρίτας, ἐξιβρίστας* (pro *ἐκ Σιβρίτας* titt. 3049, 10 et 66, 19), ob eamque caussam legem, quam dixi, huc transtulisse; nam totum hoc genus in scribendi potius quam pronuntiandi ratione positum est.

Iniuria Voretzsch. p. 17 his vocabulis addidit *ἔχϑ[ε]σ[ιν]* e tituli 2561ᵇ v. 36, qui titulus exceptis verss. 58—67 vulgari conscriptus est sermone.

2. Alterum idque latissime patens genus aspirationis ea amplectitur nomina, quae consonam mutam non modo post vel ante consonas, sed etiam inter vocales vel in vocum initio positam in aspiratam a Cretibus mutatam esse indicent. Reperiuntur autem haec:

Aspirata post σ conspicitur in voce Hesychiana *ἀσχέλιον· τραχύ. Κρ.*, quacum Vossius (in annotat. ad Hes. edit. Alberti) contulit *ἀσκελής*. — Alterum exemplum Voretzschio p. 20 in glossa Hes. *ἄσβεσϑε· διέφϑειρε. Κρ.* visum est, qui mutato *διέφϑειρε* in *ἀδιάφϑορε, ἄσβεσϑε* pro vocativo adiectivi *ἄσβεστος* sumpsit.[4]) Sed multo leviore mutatione scribas *ἀσβέσϑη*, cuius α vetus augmenti signum praebet.[5])

---

[1]) Vid. Curt. p. 440 sqq. et Roscheri de aspiratione apud Graecos dissertationem in Curti libr. „Studien" vol. 1 fasc. 2 p. 65 sqq. — [2]) In edit Hesych. et in Kuhni diar. vol. XII p. 218. — [3]) Buttmanno, qui haec verba derivat ab *ἔχϑος* (Lexilog. I p. 117 nota), assentiri non possum. — [4]) Quem laudat Hey p. 33. — [5]) Vid. Curtius, Erlaeuterungen z. griech. Gramm. p. 92, Ahrens. Aeol. p. 229.

Antecedente ν aspiratam legimus in his: Ἄνθεια· πόλις τῆς Πελοποννήσου καὶ Ἀφροδίτη παρὰ Κνωσίοις Hes., quod deae nomen Voretzsch. p. 19 suo iure aequiparavit cum Homerico Ἄντεια (Il. ζ 160), Athenaeo quoque XIII, 586 E docente Ἄντεια usitatiorem fuisse nominis formam. — Βερέκυνθος montis in Apteraeorum finibus siti mentionem facit Diod. Sic. V, 64, cui cognominis est mons Phrygiae Berecyntus.[1])

Sequente ν aspiratio locum obtinuit in Ἱεραπυθνίων, quod exhibent nummi ap. Mionnet. Suppl. IV p. 323 nr. 182. 183. In quibus tamen nummis, cum signati sint Caligulae imperatoris tempore, vulgari non Creticae dialecto litteram aspiratam deberi puto itemque in χρέοντος voce in tit. 2562, 18, de qua vid. Voretzsch p. 17. Συνενεγχεῖν vero in tit. I, 4 haud dubie errori tribuendum est Steinbuecheli,[2]) Cobeti exemplar praebet συνενεγκεῖν. Denique Hey p. 13 et 32 χρεώθηα in tit. 2554, 72 verbis πωλέοντα διὰ τὰ χρεώθηα καὶ ὠνεόμενον pro macellis accipit, χρεωπώλια (χεωπώλια) vel simile quid comparans; mihi festi nomen latere videtur in voce obscurissima.

Inter vocales vel in vocum initio litteram aspiratam exhibent vocabula e titulis prompta haec:

Ἀχάμαντα, tit. 2554, 158. 170, pro Ἀκάμαντα. — θήνω in eiusdem tit. v. 163, Boeckhio corrigente τήνω. — Θήῖος = Τήϊους in tit. V, 9 et Θηΐων = Τηΐων, quod in tit. 75, 30 restituendum duco pro θημων. In quibus tamen nominibus Θ lapicidae errori malim tribuere quam dialecto Creticae, cum in eisdem titulis saepius legatur Τήϊος. — ὁφόθεν i. e. ὁπόθεν scribendum videtur in tit. 69, 9 (VI, 10) verbis: ὀφηδεν δὲ καίοι πρεσγευταί. — ἐφιορκέοντι, quod in tit. 2554, 203 pro ἐφορκέοντι, posuit Ahrens. Dor. p. 83, valde dubium est, cum alii tituli Cret. omnes praebeant ἐπιορκεῖν, cf. titt. I, 90. Ven. 72. 2555, 22. II, 17. — Vulgaris dialecti formam, quae frequentissime reperitur,[3]) Φερσεφόνα legimus in tit. 2559. 5 (C. I. II p. 1105^b, Pashley Travels in Cr. I, 152), et item vulgarem δεχέτης[4]) in tit. Spratt. tab. I, 19, 8.

Ex Hesychi glossario huc pertinent: ἀλλάθαρον· ἁλμυρόν. Κρ. quod ad ἅλμη Dor. ἅλμα[5]) vocem et suffixum ταρο revocari fortasse licet, minime vero Voretzschio p. 19 duce ad ἅλμα cum rad. ταρ, quam praebet τάριχος vocabulum, quippe quod prodierit e rad. τερσ,[6]) vel Heyo duce, confusis voc. τὸ ἅλμα et ἡ ἅλμη, ad stirpem ἁλματ et suff. — αρο (ηρο). Ceterum in quibusdam Cretae regionibus αἶμα dictum esse pro ἅλμα videbimus § 5, 1^b. — δίφαν (τὸν ὄφιν. Κρ.), ut recte scripsit Salmasius codicibus exhibentibus δίφατον· ὄφιν, alias διψάς[7]), ortum est e stirpe ἰπ „noxius" (ἴπτομαι Curt. p. 405), quae in διπ aucta conspicitur in vocabulis διπτιός = βεβλαμμένος et πολυδίψιον (Ἄργος) = βλαβερόν.[8]) Altera Hesychi glossa, ex qua Cretes δίβας quoque dixerint, procul dubio corrupta est. — κίφερον ἢ κιφήν· κεφαλήν Κρ., quae voces quin consonam aspiratam ostendant pro tenui non dubium erit conferenti κίπρος· κεφάλαιον ἀριθμοῦ et Grassmanni de eisdem disputationem in Kuhni diar. XII, 90. — ἐλαχία· ἐδάρη Κρ. e rad. λαχ originem ducere docuit Voretzsch. p. 24; cf. infra § 5, 1^a. § 8, 3 B, b. — ἄχηρον· ἀκρίδα. Κρ., quod a rad. ἀκ (Benfey I, 158) descendere suspicatur Hey p. 31, mihi cohaerere videtur cum rad. κερ (in κείρω, Curt. p. 136), cui praefixum est α, quo Cretes saepius usi sunt ad augendam

---

[1]) Conf. Strabon. X. 469; Serv. ad Verg. Aen. IX, 82, qui docet: „Berecyntia . . . a monte Phrygiae Berecynto, cuius ultima syllaba caret aspiratione, quam addimus quoties[cunque] montem Deli Cynthum dicimus. Est autem tenuis ista discretio, quibus nominibus subtrahi debe[a]t aspiratio. Nam ecce Ripaei montes Arcadiae non scribuntur cum aspiratione, quam addimus cum Riphaeos montes Scythiae significamus." De Cretibus vero, ut Dethier narrat p. 16 (444), aspirationis amantissimis nihil dicit Servius, testimonium potius afferens de aspiratione, quae in universum adhibeatur ad nomina discernenda. Hinc in eiusdem Servi adnot. ad lib. II, 785 Berecynthia et Berecynthos mutes in Berecyntia et Berecyntos. — [2]) Vid. Mnemos. I, 75. 83. — [3]) Cf. Steph. Thesaur. VI. p. 1000 et ex. gr. titulos Corcyr., quos edidit Curt Wachsmuth in Nov. Mus. Rhen. vol. XVIII. 1863 p. 560 lit. A, 2. 3; p. 563 lit. E, 4. 8. 18. 38. — [4]) Cf. ἐννεακαιδεχέτις in tit. recent. Halicarn. Revue Archéol. vol. X p. 135 v. 7. — [5]) Spiritum lenem in ἀλλάθαρον pro aspero positum ne mireris conf. Ahrens. Dor. p. 35 sqq.; de λλ pro λμ vid. § 7, 2. — [6]) Curt. p. 202. 658. — [7]) Artemidor. I, p. 164, 5 ed. Reiff tradit: σὴψ δὲ καὶ διψὰς καὶ δίψας. — [8]) Vid. Curt. p. 583.

vocabulorum vim, ex. gr. in ἄζωστος „omnibus armis ornatus" Drer. 140. — λιχάξαι· ῥῖψαι, πῆλαι· (ut codicis scripturam βάλαι correxit Voretzsch. p. 18) Κρ. profectum est a radice λικ, de qua vid. Curt. p. 406, de ξ pro σ Ahrens. Dor. p. 90 et infra § 6, 1. — πρόμαχος· (ὑπὸ Κρητῶν μᾶζα ἑβδομαίῳ παιδίῳ γινομένη) e rad. μακ,[1]) unde μάσσω (μακjω) μέμαχα, ortum vidit Voretzsch. p. 18. — Σωχός· ὁ τῶν Κουρήτων πατήρ, de cuius cognomine Σῶκος conf. Steph. Thes. VII, 1705. 1758.[2])

3. Denique aspirationis genus utrumque, aspirationem et adsimulationem, praebere mihi videntur: ἰθθᾶντι et ἰθθ[ά]ντες et, quod inde restituas, ξε[νι]θθᾷ in tit. Ven. 24. 67, formationes verbi ἱστάναι, de quibus explicandis magna exstat dissensio. Roscherus enim l. l. p. 107 στ hac via in θθ transiisse statuit: στ, ττ, τθ θθ, contra Hey p. 33, quem sequitur Allen, de dialecto Locrensium, p. 39, στ in σθ idque per adsimulationem in θθ mutatum arbitratur, conlatis Creticis imperativi formis ἀποϝειπάθθω in tit. Gort. 11 et —ττεθθω[ν in tit. Ven. 40, quae quin ortae sint ex ἀποϝειπάσθω et —ττέσθων (vel —ζέσθων) nemo potest dubitare. Sed licet magis tibi placeat Heyi quam Roscheri sententia, comparatio tamen aliarum dialectorum, utpote quae σθ pro στ exhibeant ex. gr. in μασθός = μαστός, κίσθος = κίστος,[3]) ἐσθής, κίσθος, ὄλισθος, quae nomina composita sunt cum suffixis in —της desinentibus,[4]) tum τθ ex σθ ductum in ὀπιτθοτίλαν pro ὀπισθοτίλαν et ἴτθαι pro ἧσθαι, qui mos mutandi σ in τ apud Boeotos legitimus fere erat, denique πιθθόν· πιτθόν (Hesych.), Πίθος, Πιθεύς, Τίθη quae pro Πίθθος, Πιθθεύς, Τίθθη vel Πίτθος, Πιτθεύς, Τίτθη leguntur in titulis,[5]) mihi persuasit, ut tertium ponerem transitionis statum τθ: ἱστᾶντι, ἱσθᾶντι, ἱτθᾶντι, ἰθθᾶντι.

Iam mutatio huic simillima agnoscenda est in Hesychi glossa, quam e duabus emendavit Voretzsch. p. 19, ἀποφθαράξασθαι· τὸ τοῖς μυκτῆρσιν εἰς τὸ ἔξω ἦχον προέσθαι. ἀποφλάσαι. ῥογχάσαι Κρ. καὶ Σάμιοι. Verbum enim ἀποφθαράξασθαι suo iure Voretzschius duxit e rad. πταρ (πταίρω, πτάρνυμι), cuius τ aspiratum effecit ut π abiret in φ, conf. verbum ἐπιφθύσδω (Theocrit. Idyll. II, 61. VII, 126) a rad. πτυ „spuo" descendens.[6])

B. Litterae mediae.

Consonae mediae apud Graecos in universum raro aspiratae sunt et quae mediam aspiratam ostendunt vocabula saepe dubia,[7]) nec alia est ratio linguae Creticae, quae tria tantum huius generis vocabula praebeat:

ἄχνυλα· κάρυα. Κρ. Hes., ab ἀγ (in ἄγνυμι) radice ita ortum mihi videtur, ut a frangendo nuces appellatae sint. — θάπτα· μυῖα. Πολυφθόριοι Hes., quod ex eadem oriundum stirpe, qua δάπτω,[8]) denotat „insecta sanguinem exsugentia"; δαπταί nomen audit ap. Lycophr. 1403. — θοιά· ζεῦγος ἡμιόνων, quam glossam Hes. propter ϝ in ο conversum et δ aspiratum Schmidtio monente Cretensibus addixi p. 9.

Neque vero, secernenda tamen ab his, praetermittamus pronominum οὐδείς et μηδείς formas: οὐθέν, 3047, 16. (71.). 73, 16; οὐθενός, 72, 23. 77, 16; οὐθένα, 3047, 17; μηθείς, I, 46. 77 (sed μηδεμιᾷ ibid. 45. 46. 78. 85.); μηθέν, Drer. 45; μηθενί, I, 44. 48.[9]) In quibus vocibus quin etymologiae, quae ad οὐδ' εἷς et μηδ' εἷς eas rettulerit, debeatur consona aspirata, quis dubitabit?[10])

II. De aspiratione neglecta.

1. Perlustratis exemplis, quae Cretas ad consonantium mutarum aspirationem propensos fuisse testantur, non sine quadam haesitatione contrariam huic mutationem in vocabulis

---

[1]) Curt. p. 291. — [2]) Incertissimum est γίδαλον· τὸ παιδίον. Κρ., quod iunctis duabus glossis in Hes. glossar. scribendum coniecit Schmidtius in Philol. XIII p. 220. — [3]) Cf. Pott. Etym. Forsch. II, 796 ed. 2. — [4]) Christ. Lautlehre p. 164. [5]) Vid. Pott. l. l. p. 759 et Keil. Analecta p. 154. — [6]) Curt. p. 257. — [7]) Id. p. 451 sqq. — [8]) Id. p. 210. — [9]) Omitto μηθείς, μηθενός, μηθένα in tit. 2561^b v. 80. 30, qui titulus maximam partem vulgari lingua conscriptus sit. — [10]) Vid. Boeckhi addenda ad C. I. I p. 881; Ahrens. Dor. p. 84. —

Creticis factam contemplabimur: nam eosdem modo amasse, modo oppressisse consonas aspiratas veri simile non est. Sed tamen neglecta aspiratione in fontibus dialecti Creticae conspiciuntur haec: *Πέτιος, ἐπιστάμενοι, ἐπιστᾶντι, καμάν, τίριος, ἄργετος,*[1]) quorum duo *ἐπιστάμενοι* et *ἐπιστᾶντι*, in tit. 2556, 65. 68, cum composita sint ex *ἐπ' ἱστάναι* nec aliena videantur a formis *ποτ' ἁμέ* in tit. 2557, 3 (Mnemos. II, 34), *ἐπ' ἁμέ* in tit 2563, *πορτ' ἁμέ* in tit. 3050, qui mos neglegendi spiritus asperi apud Ionas recentiores praecipue reperitur, vix huc referes; voces vero *τίριος· θέρους. Κρ., καμάν· τὸν ἀγρόν. Κρ.* (pro *χαμάν*, conf. *χαμαί*),[2]) *ἴρχετος· ἡ ἄρκευθος. Κρ.*,[3]) quas tradidit Hesychius, e rudi quodammodo et plebeia posterioris temporis lingua ab hoc receptae videntur.[4]) Unum igitur restat nomen *Πέτιος* pro *Πέθιος* in titulis Lytt. II, 6; II, 14. 20; Drer. 24 ubi *Ποίτιος*, et in titulis aliarum gentium Graecarum C. I. 1359. 1434. 1534, quod, si reputaveris magnum numerum mutarum, quae apud Cretenses aspirationem passae sunt, et ipsum *Πέθιος* nomen, quod in omnibus aliis Cretensium titulis legitur, magni momenti non habebis, sed Ahrenio assentieris, qui (de dial. Locrens. p. 37) de nominibus istius generis dicit: „nihil demonstrant nisi hoc: postquam vulgaris aspiratio eo progressa esset ut fere quamvis tenuem invaderet, neque iam aures vulgi accurate distinguerent inter tenues et aspiratas, cum aspiratam pro tenui, tum etiam contrario errore interdum tenuem pro aspirata poni coepisse."

2. Quibus probatis vix opus est ut moneam, falso Voretzschium p. 16, 17 tenuem pro aspirata positam statuisse in vocabulis *ἀντάριμα*, de quo vid. § 6, 2, — *ἐπαποδρόμιον· ἡ ἱερεια παρὰ Κρ.* Hes. = *ἐφηβοδρόμιον*, quam glossam Schmidtius scite mutavit in *ἐπ' ἀποδρόμιον· ἑταιρεία παρὰ Κρ.*, — *νικύλεα* ficorum Creticarum genus ap. Athen. III, 76, quod mutato *ι* in *η* pro *νηχύλεα* „ficus nondum virides" scriptum suspicatus est.

3. Item errarent, qui aspirationem in antiquo titulo Gortynio neglectam dicerent, ut patefiet nobis in rationem qua scriptus est accuratius inquirentibus. In titulo littera *θ* quidem reperitur, nec vero *φ* et *χ*, sed signa tantum C et K, quorum prius totam rem explicat, cum in duobus legatur nummis hisce: *Γόρτυνος τὸ Cαῖμα*[5]) et *Cαιστι[ά]ων*[6]) vel *Cαιστί[κ]ων*.[7]) In illo enim nummo procul dubio legendum est *παῖμα*, C igitur = *π* (ut item in tituli ipsius vocc. *ἀπό, ἀποπεισάθθω, πολιατᾶν, παρ', καταλιπών, ἐπιβαλλόντανς*), in hoc *Φαιστιάων*, C igitur = *φ*.[8]) Iam hinc explicationem duorum nominum *ἀνCανάμενος* et *ἀνCαντός*, quae sunt in titulo Gortynio, invenire licet, tituli litteris in vulgares ita translatis ut scribamus *ἀνφανάμενος* et *ἀνφαντός*, quae oriunda a verbo *φαίνω* respondent linguae vulgaris formis *ἀναφηνάμενος* et *ἀνφαντός*.[9]) *Ἀναφαίνεσθαι* autem hic eodem positum est accusandi sensu quo saepius *φαίνω*. Quodsi C signum litterarum *π* et *φ* vice fungi satis demonstravi, item de K pro *κ* et *χ* scripto conici posse mihi videtur, quae littera etiam est in vocabulis *καί* (v. 1. 3), *ἄνκον* (v. 2),[10]) *κά* (v. 4), *κατά* (v. 4. 8. 12. 13), *τέκνα* (v. 8), . . . *κα* (v. 15), *κρέματα* (v. 3. 10), *ἐπ[ι]κορέν* (v. 6), *ἀνκορέν* (v. 10), quorum *κρέματα, ἐπικορέν, ἀνκορέν* lego *χρήματα, ἐπιχωρέν* vel *ἐπιχωρῆν, ἀναχωρέν* vel *ἀναχωρῆν*. Sed, hoc concesso, quaestio iam oritur, qui factum sit, ut Cretes antiquo tempore ad exprimendos sonos duos uno usi sint signo, cuius rei rationem Graecarum litterarum origo nos edocet. Cognitum enim est omnibus, Graecos litteram *θ*[11]) una cum ceteris a

---

1) Reicienda sunt *κακοτεχνησοῦ*, quod solus Gruterus legit in tit. 2555, 19, *μέκοι*, quod in tit. 2562, 6 exhibet apographum abbatis Itali (Mnemos II p. 38), *συντελεστήμεν* in tit. I, 43, quod Steinbuecheli debetur errori (Mnemos. I p. 83). — 2) Voretzschio, quem sequitur Hey p. 35. *Κάμιρος*, Stephano Byz. auctore antiquum nomen Hierapytnae, hinc descendere visum est p. 16, sed id valde dubium. — 3) Contra *Ἀρκευθόεντα* in tit. 2554, 135 Boeckhius vere scripsit pro Chishulli *ΑΡΚΕΑΡΟΕΝΤΑ*. — 4) Cf. Ahrens. Dor. p. 83. — 5) Kirchhoff. Studien z. Gesch. d. gr. Alph. p. 54; Lenormant Revue numismat. 1864 p. 103; Curt. p. 452. — 6) Eckhel. II, 317; Mionnet II, 290. — 7) Kirchhoff. l. l. p. 55. — 8) Kirchhoffius quidem p. 137 statuit C notam fuisse consonae *π*, sed vix credo virum doctissimum in nummo, quem supra contuli, legere *Παιστίων*. — 9) De praepositionis *ἀνά*, item *παρά*, apocope vid Ahrens. Dor. p. 354, infra § 15. — 10) Vox obscura. Hey, qui de explicandis *π* et *κ* mecum consentit, p. 35 legit *ἄγχον* vel *ἐπάναγκον*, quorum illud (pro *ἐγγύς*) non exstat in lingua Graeca, hoc abhorret ab omni nominum formandorum ratione. — 11) Roscherus l. l. p. 90 in eodem titulo semel *τ* pro *θ* positum arbitratur, v. 4 legens *κάγατα* (pro *κἀγαθά*), quo loco clare scriptum est *κακατα* i. e. *κά κατά*.

Phoenicibus recepisse, *φ* vero et *χ* consonas initio notis *Π*H et KH signasse, unde Cretas idem fecisse certe conicies. Attamen cum in titulo Gortynio antiquum spiritus asperi signum H (cf. v. 7) non appareat, veri simile mihi est, Cretas antiquo illo tempore, quo spiritus asper nondum artius sese coniunxerat cum *π* et *κ*, pro *φ* et *χ* signa sola litterarum *π* et *κ*, C et K, posuisse, postea vero, cum *ΠH* et KH in unum quasi sonum coaluissent, litteras *Φ* et *X* ab Ionibus mutuatos esse.[1])

4. Denique mediam ex aspirata ortam in maximam vocarim disceptationem nec fidem habuerim vocibus, in quibus hanc transitionem agnovisse sibi visi sunt Voretzschius p. 15 et Hey p. 34. Primum Voretzsch. attulit Iovis cognomen *Βιδατάς*, de quo dixi p. 6, tum *ἐνοργείας· τὰς νεοσσείας Κρ.* Hes., quam glossam natam putat ex *ἐνορχής* „testibus praeditus", conlato *ἔνορχα· ὄρχεις ἔχοντα.* Sed *ἐνορχής* cum referri non possit ad feturam, quippe quae sit tempus, quo aves coeunt vel coeundi cupiditate incitantur, cohaerere mihi videtur cum *ὀργή*, conlatis *ὀργάω* „turgere," *ὀργάδες* „virgines maturae," Curt. p. 168. Deinde *βακόν· πεσόν. Κρ.* Hes., quod Schmidtius in Kuhni diar. vol. XII p. 217 emendavit scribens *ἄβακον· πεσσόν*, idem Voretzsch. accepit pro *φακόν*, mutato *πεσόν* in *πισόν*. Denique *δίβαν* et *Κέρβα*, Stephano Byz. auctore antiquum nomen Hierapytnae, certissima aspirationis neglectae exempla dixit Hey. At incertissima sunt, de illo enim vide huius § nr. I, 2, hoc, quod Lobeckium (Proll. p. 297 not.) secutus ad *κορυφή* revocavit, nomen proprium est, in quibus explicandis magna adhibenda cautio est.

§ 5.

De semivocalibus.

1. De liquidis *λ* et *ρ*.

a) Saepius *λ* et *ρ* consonae, utpote quae coniunctae sunt artiore quadam cognatione, inter se alternantur in Graecae linguae dialectis pariter atque in Cretica.[2]) Cuius rei, et primum quidem *λ* pro *ρ* positi exempla ex hac dialecto deprompta affero: *ἀφαλήται* et *ἀφαλ[η]σέσθαι*, in tit. Ven. 83 et 82, verbi *ἀφαιρέω* formationes, quibus conferri iubent aor. *ἑλεῖν* Curtius p. 490 et Voretzschius p. 28. — *λάκη· ῥάκη Κρ.* (Hes.), cuius nominis radix *ϝρακ* in aliis quoque dialectis *ϝλακ* audivit; vid. Curt. p. 147. Eiusdem radicis sunt *Λάκιος*, nomen hominis Cretensis, quod alias *Ῥάκιος* dicitur[3]), *λάσσω* (*λάκ-jω*) verbum, cuius formas *ἐλαχία· ἐδάρη Κρ.* et *λακξίᾳ· δαρίσῃ* (cod. *λακξία· δαρῇ*) *Κρ.* Hesych., agnovit Voretzsch. p. 24, *λάττα· μυῖα. Πολυῤῥήνιοι.* Hesych.,[4]) quod eadem ratione formatum est atque alterum muscae Creticae nomen *θάττα* (vid. p. 15 et § 7, 2). Nec tamen constitisse sibi Cretas in proferendo *λ* *Ῥαῦκος* docet oppidi nomen, de quo vid. § 11, 1.

Altero loco adponantur voces, in quibus *ρ* vice fungitur *λ* consonae, haece: *ἀτερέας* pro *ἀτελέας* in tit. Hierap. ap. Spratt. tab. I, 21, 14. — *βριτύ· γλυκύ. Κρ.* Hes., quam ad stirpem *βλιτ*, quae est in *μέλι* (*μελιτ*) et *βλίττω*, revocavit H. Weber in libri, qui inscribitur „Etymol. Untersuchungen" p. 83. Ex eadem autem stirpe profectum est nomen *Βριτόμαρτις* (*ἐν Κρήτῃ ἡ Ἄρτεμις.* Hes.), in titt. 2554, 183; Drer. 29; Lytt. II, 7,[5]) quod „virginem dulcem" vertit Solinus c. 11, cuiusque alteram partem Curt. p. 298, conlato Lit. martis = sponsa, refert ad rad. *μερ*[6]). — *ἰαριγμόν· χαρὰν καὶ θροῦν. Κρ.* Hes. item ut *ἰαλία· φωνή Κρ.* Hes. e radice *ἀρ* (in *ἀλαλάζω*) duxit Hey p. 45, *ι* praefixum sumens simile ei, quod inest in verbis *ἰ-άλλω, ἰ-αύω.* — *αἰθερητόν· ἐνθυμητόν Κρ.* Hes. glossa, quam mutatam in *αἰθαρέα·*

---

[1]) Cf. etiam Rud. v. Raumer Die Aspiration und die Lautverschiebung etc. p. 98. 99. — [2]) Vid. Curt. p. 393. 481 sqq. — [3]) Cf. Mueller Dorier I, 144. 227, Ahrens. Dor. p. 86. Similia *Λακισθένης* et *Λάκιππος* nomina vid. ap. Keil. Analect. epigr. et onom. p. 187. — [4]) Vid. Schmidt. in Philol. vol. XI p. 398. — [5]) *Βριτόμαρτιν* legitur in exemplari Raugabei, in meliore, quod edidit Voretzch. Herm. IV, 267, *Βριτόμαρτιν*; *Βριτόμαργιν* vero in Drerio titulo corruptum est. — [6]) Cf. etiam Hoeck. Kreta II, 162.

τον ἐνθυμιατόν vel *αἰθαρωτόν· ἐνθυμιατόν* ad *αἰθάλη* rettulit Voretzsch. p. 28. Nec tamen prorsus abstinuisse Cretas a *λ* in hac voce cosmorum Dreriorum nomen docet *Αἰθαλέων*, Drer. 3, quod quominus secundum Dethierium p. 12 (440) pro adiectivo sumamus impedit sententiae in qua legitur conexus.[1]) *Αἰθαλεῖς* autem gentem Creticam significasse videtur, conf. Atticae gentis *Αἰθαλίδαι* nomen in tit. Attico, Philol. XII. p. 735 v. 46.

Ceterum illum morem permutandorum inter se *λ* et *ϱ* etiamnunc vigere apud Sphagiotas narrant Pashley Trav. I, 96. II, 192 et Strangford in disputatione „On Cretan and modern Greek" ap. Spratt I, 361, eiusque multa exempla exhibent carmina Neo-Cretica, quae tradidit Pashley I, 78 sq. 251 sq.; vid. etiam Voretzsch. p. 28.

b) E compluribus vocabulis Hesychianis *αὐκάν· ἀλκάν; αὐκύονα· ἀλκύονα; αὖμα· ἅλμη; αὖσος· ἄλσος; θεύγεσθαι· θέλγεσθαι*, quibus, dialecto quidem non indicata ab Hesychio, addas *αὐγεῖν· ἀλγεῖν* et *εὐθεῖν· ἐλθεῖν*, apparet *λ* ante consonas positum apud Cretas saepius in *υ* transiisse vel, ut ait Hey p. 46, vocalem *α* sive *ε* abiisse in sonum minus purum, diphthongo fere similem, quo effectum est, ut liquida paullatim evanesceret. Sed cum simile quid non reperiatur in titulis, verum *Ἀθαναίαν Σαλμωνίαν* in tit. 2555, 13, conligi posse mihi videtur, posteriore demum tempore in usum venisse hanc mutationem, quae in quibusdam linguis Graecae cognatis lex quasi tenetur. Sic populi, qui Romanici dicuntur, l in u mutant, veluti Francogalli in vocibus aune = alnus, autel = altare, aumône = Almosen etc., item Belgicae terrae incolae, e quorum dialecto ex. gr. affero oud (Angl. old) alt, houden (hold) halten, wie zouden (we should) wir sollten.[2])

2. De nasalibus *μ* et *ν*.

a) Consona *μ* pro *π* posita videtur in adverbio *ἅμακις* (*ἅπαξ. Κϱ.* Hes.), vid. Ahrens. Dor. p. 85, sed eandem quidem esse adverbiorum *ἅπαξ* et *ἅμακις* stirpem, diversa suffixa, docuit Curt. p. 351. 352.

b) Ante *σ* retineri saepius ab Argivis[3]) et Cretensibus quae vulgo eliditur consonam *ν* cognitum habemus ex Ahrensi libro de dial. Dor. p. 104 sqq. Cuius rei in dialecto Cretica reperiuntur haec genera:

α) *ν* servatur in vocibus, ad quarum stirpem in *ντ* desinentem accessit *σ*, et in verborum participiis praes. et aor. pass., quippe quae eandem cum illis sequantur rationem, ut in *πάνσας* genetivo, titt. 65, 7 (3050, 7 Sherard.); 62, 6; 63, 9 (ubi restituas pro *πάνσσαν*). — *τιθένς*, quod testibus grammaticis Cretensium est et Argivorum.[4]) — *πρέπονσαν* in tit. 82, 16. — *πϱ]οϋπαϱχόνσ[ας, ὑπάϱχονσαν, πϱοϋπάϱχονσαν* in titt. 67, 19 (3058, 7); 63, 6; 74, 21/22; Item *ὑπαϱχόνσας* scribendum est cum Ahrensio (Dor. p. 105) in tit. 3050, 16, Sherardio praebente *ὑπαϱχόντας*. — *ἀπογϱάφονσι* in Ven. 55. — *ἔχονσι*, quod in Hesychi glossa *ἔχονι· ἔχουσι Κϱ.* inesse vidit Ahrens. Dor. p. 293.

β) Accusativus plurativus declinationis non solum quae stirpes in vocalem desinentes comprehendit, verum etiam quae in consonam exeuntes, saepius exit in *νς*, quam formationem ex antiquitate relicuam probat linguarum comparatio.[5]) Exempla affero:

Ἱαϱαπυτνίον[ς[6]) in tit. Ven. 11. — *πϱειγγευτάνς*[7]) in tit. 3058, 4 exhibet exemplar Hesseli, *πϱειγευτάν[ς* Lebas in tit. 74, 4 unde corrigas *τός* in tit. 3058, 18 et 74, 34, *ψαφισαμένος, αὐτός, παϱαιτίος* in tit. 74, 12. 13. 13/14, item *πϱειγευτάνς* in tit. 3050, 5. 13 e formarum *πάνσας, ὑπαϱχόνσας, τόνς* analogia restituit Ahrens. p. 105. — *τόνς* in titt. Ven.

---

[1]) Vid. etiam Vischer. in Nov. Mus. Rhen. vol X p. 400. Heyo quidem p. 30 *αἰθαλέων* adiectivum videtur = *αἰδαλέος* = *αἰδοῖος*, sed illud *αἰδαλέος* in vocabulis Graecis non reperitur. — [2]) Plura videas in Fr. Diezi libri, qui vocatur Gramm. d. Roman. Sprachen, vol. I p. 193 sq. — [3]) In Argivorum lingua adhuc grammatici tantum *νς* testati sunt, nunc iure suo Dittenbergerus in diari Hermes vol. VII p. 62 sq. agnovisse sibi videtur accusativos: *Αἰγιναίανς* et *Ἀλεξανδϱείανς* in tit. Argiv. — [4]) Vid. Ahrens. Dor. p. 104 not. 1. — [5]) Cf. Curti Erlaeuterungen z. Schulgr. p. 56 sq. — [6]) De accentu horum accusativorum vid. Ahrens. Dor. p. 30. — [7]) Vid. infra 8. b.

11. 28; 3050, 14 (Sherard). — *τάνς* in Ven. 23 et, ut videtnr, Lytt. I, 15. — *κό]ϱμον[ς* in Ven. 41. — *Ῥωκίονς*, tit. 63, 3/4. — *αὐτόνς*, ibid. 6. — *μαϱνάνς*, qnod in Steph. Byzantii ad vocem Gaza data adnotatione.. *τὰς παϱθένονς γὰϱ οὕτως Κϱῆτες πϱοσαγοϱεύονσι μαϱνάν* egregie restitnit Schmidtius.[1]) — *φοινίκανς* Ven. 28, quod quin ad *φοίνιξ*, vocem in consonam desinentem, pertineat, dubitari vix licet. — *ἐπιβαλλόντανς* in vetere tit. Gort. v. 9/10. — *σ]τατήϱανς* ibid. v. 15 recte legit Hey p, 50, idem integrum exhibet vet. tit. Axius v. 14 (Spratt. II nr. 5).

γ) Servatum denique est *ν* ante *σ* proximum in *Πϱίανσος* oppidi nomine, quod saepius legitur in titulis et nummis, vid. ex. gr. titt. 2556. Ven.; Mionnet. II, 296, Eckhel. p. 319, et in praepositione *εἰς*, quam apud Cretas et Argivos *ἰνς* dictam tradunt grammatici,[2]) cum in titulis reperitur *ἐς*. Conferas etiam Hesychi glossam, quam Ahrensius (Dor. p. 386) correctam *ἰνς ἄς* (= *ἄας*)· *αὔϱιον* Cretibus (Argivis) ascripsit.

At non constitisse sibi omnes Cretas in retinenda forma antiquiore satis apparet e ceteris titulis, qui *ν* eiectum ostendant. Sic in accusativo plurativo *ν* usque ad tempus recentius servaverunt, ut vidimus, Latii, Vaxii (Oaxii), Priansii, omiserunt Hierapytnii, Lyttii, Gnosii, Apteraei, Biannii, Arcades breviore usi exitu in *ος* vel *ας*. Verumtamen Latii exeunte saeculo a. Chr. tertio *ν* expellere eiusque loco *ο* vel *α* producere coeperunt. Titulus enim 2554, quem hos posuisse certum est, accusativos praebet in —*ως*, quos a Latiis ex Oluntiorum dialecto receptos esse vix credes Ahrensio (Dor. p. 180).[3]) Mirifice scriptus est titulus Venetus (foedus a Priansiis cum Hierapytniis et Gortyniis ictum), in cuius parte priore *ν* retentum, in posteriore eiectum est. Fortasse convenerat inter partes, nt titulus in loco medio ponendus in utriusque partis lingua dimidius exararetur.

3. De *σ* sibilante.

a) In vocibus et exeuntibus et mediis Lacones *σ* in *ϱ* mutasse cognitum est, atqne idem Cretes fecerunt in hisce: *κοϱμιόντων*, *κό]ϱμον[ς* in tit. Ven. 4. 41, *κόϱμοι κοϱμο...*, *κόϱμιον* in tit. recentissimi Metropolitani, quem perperam edidit Thénon in diar. Revue Archéol. vol. XVIII 1868 p. 134, v. 1. 2 (sed ibid. v. 5 *κόσμιων*), pro vulgaribus, quae in ceteris titulis Cret. leguntur, formis *κοσμιόντων*, *κόσμος*, quibuscum conferas Hesychi glossam *κοϱμῆται*· *κοσμῆται*. — *τεόϱ*· *σοῦ Κϱ*. Hes., in qua glossa *τεόϱ* idem esse atque *τεός*, genet. pron. pers., egregie perspexit Ahrens. Dor. p. 74. — Schmidtius quidem in Kuhni diar. X p. 206 sq. Lacones *σ* in mediis vocabulis ante consonas positum in *ϱ* convertisse negans glossas Hesychianas, quas huius mutationis testes attulit Ahrens. p. 73, Eleis[4]) ascriptas vult. Sed cum artiore quadam cognatione Cretica lingua coniuncta sit cum Laconica exempla ab Ahrensio adlata confirmari mihi videntur his ipsis vocabulis Creticis. Ceterum de *σ* in *ϱ* mutandi ratione vid. Curt. p. 396, Krainium in Philol. X p. 583, cui in hoc nno astipulari non possum, quod *σ*, nisi in vocibus in quibus suffixo additum sit, mutari negat.

b) Varios casus *σ* consona passa est in voce, quae Dorica est *πϱέσγυς*, eiusque derivatis. Servata est in *πϱεσγευταί* titt. 69, 10 (VI, 11); 64, 4/5, adsimulatione in *γ* mutatam in *πϱεγγευτάς* (vid. § 7), saepissime vero expulsam reperimus, veluti in *πϱείγιστος* tit. 2554, 57, *πϱειγήϊα* et *πϱειγεία* tit. 2556, 29 et 32, *πϱειγευτάς* titt. 3050, 5. 13; 3051, 11. 14 (63, 14, ubi Lebas legit *πϱεισγευτᾶν*); 3058, 4 (74, 18/19); 72, 4/5. 21. 45. Quodsi in Allariotarum ad Parios data epistula (tit. 2557), in foedere Hierap. Rhod. (tit. I), in relicuis titulis Teio-Creticis, quos continent Boeckhi Corp. Inscr. et Lebasi opus, reperimus *πϱεσβευτάς*, certe hanc formam errori lapicidarum ascribemus, itemque *πϱεσβευτής* in tit. Hierapytnio nr. III, quem Hierapytnae exaratum esse constat, ex Magnesiorum ad Hierapytnios simul cum legatis

[1]) In Kuhni diar. XII., 220. — [2]) Ahrens. Dor. p. 104. — [3]) Non certa est Oluntiorum ratio, sed veri simile accusativum eos habuisse in — *ος*. — [4]) Vid. Ahrens. Ael. p. 227.

missa epistula in textum tituli Cretici receptum videtur. *Πρήγιστος* denique forma in tit. recentissimi 2562 v. 23 haud dubie affectationi cuidam dialecti Doricae debetur.

Iam vero quaeramus, qui ortum sit *πρεῖγυς* ex *πρέσγυς*. Et mihi quidem comparato Latinorum vocabulo „priscus" antiqua vocis *πρέσγυς* forma fuit *πρεῖσγυς* [1]) (*πρεισγευτᾶν*), quam in *πρεῖγυς* mutaverunt Cretes. Contra Hey p. 51 productione suppletoria ex *ε* profectum *ει* putat, cui repugnat ratio dialecti Creticae, ex qua *ε* producitur in *η*, vid. infra § 9, II, 3.

§ 6.

De consonis duplicibus.

1. De *ξ* quod fungitur consonae *σ* vice.

Aoristus primus et futurum verborum secundariorum, quae in *ζω* cadunt, apud Cretas et omnes Dorienses non vulgarem secuntur formandi rationem, sed pro *σ* suppeditant *ξ*, quod originem ducit ex *σ* consona et *j* semivocali, cuius auxilio illa verba formata sunt et quae tempore antiquiore similem habuit sonum consonis gutturalibus. [2]) Etiamnunc vigere hanc formationem in finibus Sphagiotarum narrat Pashley II, 192. Exempla e titulis Cret. sumpta accipias haecce:

δικάξασθαι 2556, 48; *δικαξάμενος* ibid. 51; *ἐμφανιξάντων* 63, 11; *ἐνυβρίξης* 2599, 1; *ἐφάνιξαν* 63, 5; *ἐξορκίξωντι* Drer. 97/98 (cf. 2554, 36); *ὀρκιξάτω* I, 93; *ὀρκιξάντων* I, 88. 90; *πειραξόμεν* 77, 35/36. 42; *συναγωνιξαμένων* I, 58; *σφραγιξάντας* 81, 17; *χαριξιόμεθα* 3048, 16 (unde corrigas *χαριζιόμεθα* 74, 16); *χαριξόμεθα* 72, 17/18; *ψαφιξαμένοις* 3050, 2; *ψαφιξαμένος* 64, 12.

Apud Hesychium legimus: *ἀγχίξαι· ἐγγίσαι· Κρ.* — *ἀποφθαράξασθαι*, vid. p. 15. — *λιχάξαι*, p. 14. — *πίραξον· ἀφόδευσον*, quod ad *περδάζω*, verbum prorogatum a *πέρδω*, Schmidtius in ed. Hes. revocavit et iure, si quid video, impertivit Cretensibus.

Denique epist. Epim. praebet *ἀνδραποδιξάμενος* et *ἐλευθεριαξάντας*.

2. De litterae *ζ* vicariis *δ*, *τ*, *ττ*.

Consonam *ζ* ratione diversa nec certam normam sequente a Cretensibus pronuntiatam esse declarant et tituli et lexicographi, qui tres litteras exhibent vicarias *δ*, *τ*, *ττ*, quamquam reperitur etiam ipsum *ζ* signum.

Ac primum quidem *δ* pro *ζ* legitur in *Δῆνα*, Drer. 17. 18, accusativo *Ζεύς* nominis, quod oriundum ex *Δjήν*, testibus Herodiano, *περὶ μον. λέξ.* 6, 15 (p. 15 ed. Lehrs), et Eustath. p. 1387, 26 sq. apud incertos audivit *Δήν*, apud Boeotos *Δάν*. [3]) — *ἀγκωλιάδειν· ἅλλεσθαι· Κρ.*, Bekk. Anecd. Gr. p. 327, 5, haud vere in dubium vocavit Mehlerus in Mnemos. vol. IV p. 43. *Ἀγκωλιάδειν* enim alteri respondens verbo, quod legitur in Hesychi glossis *ἀγκωλιάζων· ἀλλόμενος τῷ ἑτέρῳ ποδί*, compositum est ex *ἀνά* praepositione, cuius *α* per apocopen Creticae dialecto propriam abiectum est, et *κωλιάζω* verbo profecto e *κωλία*, quod *ἰγνύα, κνήμη* vocabulis interpretatur Hesychius. — *ἀδαμία· τὸ ἀδικάστως φονεύειν Κρ.*, Hesychi glossa, cuius in parte priore scribendum puto *ἀδαμίᾳ φονεύειν·* i. e. *ἀζημίως*. Nam adverbia Cretica saepius desiisse in *α* videbimus § 16, I C, *ἀζάμιος* autem in multis titulis obvium est, cf. § 9, I, 4. — *Ἀριδήλα· τὴν Ἀριάδνην· Κρ.* Hes., quod nomen, ex *ἀρίζηλος* natum, significare videtur „claram, nitentem, splendidam." — *δηαί προσαγορεύονται ὑπὸ Κρ. αἱ κριθαί*, Et. Magn. 264, 12, cui apte comparavit *ζειά* Hey p. 37. — Fortasse ad eandem mutationem reducere licet *διαφυλάδεν* et *διαφυλάδων* in tit. 3050, 11. 17, quae lapicida con-

[1]) Vid. Curt. p. 421. — [2]) Vid. Ahr. Dor. p. 94 et Curt. p. 541 sq.; aliter de his sentit Christ. Lautlehre p. 156. — [3]) Cf. Ahrens. Aeol. p. 175.

fuderit cum verbis in — *ζω* desinentibus, id quod in Tarentinorum lingua factum docent verba *πλάζω, ἀνάζω* pro *πλάσσω, ἀνάσσω.*[1])

Deinde *τ* pro *ζ* ostendunt *Τῆνα* Lytt. II, 5; *Τᾶνα* 2555, 11; *Τάν* in nummis, ap. Eckhel. II, 301 et Mionnet. Suppl. IV p. 296. 336; *Τανός* in num. ap. Eckhel. II, 301, Mionnet. II, 299. — *τωμός· ζωμός· Κρ.* Hes., apud alios Dorienses *δωμός*, vid. Ahrens. Dor. p. 95. — Quibus Schmidtio duce alia addo, quae dialecto non indicata tradidit Hesychius, haec: *ἐμπαίτονται· ἐμπαίζουσιν*, quod malim corrigere ponens *ἐμπαίτοντι* quam *ἐπαίτονσι*, ut scripsit Schmidt. in Kuhni diar. XII p. 217. — *μονότονος· μόνος ὤν. ὑπάρχων, μονομάχος*, mutato *μονότονος* in *μονότιωνος*, quod est *μονόζωνος*. — *τώνα· ζώνη.* — *ταμίαν· ζημίαν*, cf. *ἀδαμία.* — Incertum est *τωμός· ζωμός,*[2]) quippe quod Schmidti coniectura restitutum sit glossae *γόμος· ζωμός.* — Neglegenda vero sunt, quae abbatis Itali errori debeantur, *ταμίας* pro *ζαμίας* in tit. IV, 12 et *ἐπα]ναγκατόν[των* in tit. VI, 6, ubi Lebasi exemplar (69, 5) exhibet — *ναγκαζον.*

Denique *ττ* legimus in eodem, quo *δ* et *τ*, nomine summi dei *ΤΤῆνα*, Ven. 60. 61. 77, et, si verum est quod supra suspicatus sum de *διαφυλάδεν* pro *διαφυλάζειν* scripto, in *διαφυλάττεν* et *διαφυλάττει*, tit. 2557, 7. 11. Quibus formis illustrantur Hesychi glossae: *ἀγκυρίττει· μεταμέλεται (καταπαλαίει* emendat Hey p. 38) *Κρ.*, quod pro *ἀγκυρίζει* positum non mutandum erat a Schmidtio (in ed. Hes.) in *ἀγκυρίσδει*, quae scribendi ratio ex Aeolum lingua sola recepta est a poetis lyricis et bucolicis Doricam affectantibus.[3]) — *ἀττάρυμα· πόμα. φόρημα* (ut optime Schmidt. pro *σόφισμα*) *Κρ.*, quocum compares *ἀζάρα* vocem, quam Schmidt. e Cyrilli cod. Moscav. attulit in Kuhn. diar. XII, 217, Benfey I, 252 Plinium secutus Aegyptiam dixit. — *διττήμενον· ἀρνήμενον· Κρ.*, ut glossam *διττάμενον· ἀρνούμενον* corrigo, ad *δίζημαι* eam revocans.[4]) — Item in his Creticis numero, quae quidem Dorica[5]) in universum vel Aeolica[6]) dici possunt Hesychiana: *δηρίττειν· ἐρίζειν [δηρότης]*, a *δῆρις* „pugna" derivatum ut *ἐρίζειν* ab *ἔρις.* — *ἀφοπλίττονται· ἀπολύονται στρατείας*, i. e. *ἀφοπλίζονται.* — *λαγαρίττεται· μετριεύεται*, qua de glossa vid. Steph. Thesaur. ad v. *ἀγαρίζω.* — *μέττον· μεῖζον*, quocum conf. Ionicum *μέζων.* —

Iam vero caussam, ex qua tot ortae sint litterae vicariae, quaerentes praecipue adiuvat Iovis nomen triplici modo scriptum *Δῆνα, Τῆνα, ΤΤῆνα.* Quod ad certam rationem reducens cum de varia stirpe, ut putat Voretzsch. p. 14, cogitare non liceat, Schmidtius verum, ni fallor, vidit[7]) qui suspicatus sit, Cretenses litteram *ζ* ex *δj* oriundam ita pronuntiasse, ut *τ* sonus imprimis audiretur isque modo valde vario. Quare lapicidae sonum, quem edere sibi visi sunt, litteris descripserunt pariterque posteriore tempore lexicographi sonos notaverunt, quos fere audiverant in ore Cretensium.

3. Littera *ψ* ut *σ* pronuntiata videtur in voce *σεῖφα· σκοτία· Κρ.* Hes., quae quin ad *ψέφας* alludat dubium non est, mirum tamen quomodo iota in eam irrepserit. Conferri potest altera Hesychi glossa *ἄσεκτος· ἀγαθὸς παρὰ Ῥίνθωνι Ταραντίνῳ*, in qua *ἄσεκτος* pro *ἄψεκτος.*

§ 7.

De consonis geminatis et de adsimulatione.

1. Sigma geminatum a Cretibus non minus quam a ceteris Doriensibus (et Aeolibus)[8]) in quibusdam vocabulis, in quibus vulgo simplex *σ* aut *ττ* conspicimus, ex antiquitate retentum est, eoque spectant:

---

[1]) Cf. Ahrens. Dor. p. 101. Heyi p. 37 sententiam, *φυλάκjειν* conversum esse in *φυλάδjειν*, probare non possum. — [2]) Ceteri Dores dicebant *δωμός*, vid. Ahrens. Dor. 95. — [3]) Cf. Ahrens. Dor. 95. — [4]) Iniuria Hey, qui mecum consentit de glossa explicanda, *διττάμενον* recepit; nam stirps huius verbi in lingua Graeca *ζε* est. — [5]) Cf. *ἁρμόττω = ἁρμόζω, βλιμάττομεν = βλιμάζομεν* ap. Ahrens. Dor. p. 98, qui haud recte addubitat de his formis. — [6]) Ahrens. Aeol. p. 176. — [7]) Eadem est, quamvis diversa ipsi videatur, Heyi sententia p. 37. — [8]) Ahr. Dor. 99 sq. Aeol. 65 sq.

a) voces, in quibus *σσ* ex *τj*, *τσ*, *θσ* orta sunt, velnti *ὄσσος*, Drer. 118, ex *ὄτιος*, quod si in aliis titulis Creticis *ὅσος* scriptum legis et aetatis et condicionis illorum titulorum rationem habeas. — *δασσάσθωσαν*, Drer. 125. 134, verbum, quod prodiit e radice *δα* in *δατ* aucta.[1]) — *μέσσοπα*, de quo vid. p. 10, de *μέσσος* pro *μέθjος* Curt. p. 298, Lobeck. Elem. I, 298.

b) Voces, quarum stirps in sonum gutturalem exiens *j* proximo se iunxit. Cuius generis sunt verba *πράσσω*, stirpem *πραϰ* vid. ap. Curt. p. 602, in tit. I, 50. 62. 82. 83,[2]) — *διαφυλάσσω* in titt. 3047, 11. 25; III, 12; 73, 12; 75, 37, conf. *φύλαξ*, — *συναλλάσσω*, stirpem *ἀλλαϰο* statuit Curt. p. 321, in tit. 255, 6, 16,[3]) et singula vocabula: *ἐλάσσων* tit. I, 19. 20. 28, ex *ἐλάχjων* ortum,[4]) item *θάλασσα* ex *θάλαχjα*, de quo vid. p. 12. — *λίσσος* Drer. 115, quod cum Curt. p. 333 revoco ad radicem *λιϰ* „parvus", conferens Hesychi glossas *λίσσοις· δεομένοις καὶ τοὺς ἰσιχῇ φαλακρούς* et *λίσσον· ἄναντες. ἀπότομον. ὑψηλόν. ἔλασσον. ἄθλιον*, in quibus confudit Hesychius *λισσός* a rad. *γλιτ*, *λιτ* (Curt. p. 329, cf. *Λισσήν* p. 8) et *λίσσος* a rad *λιϰ* profectum.

2. Saepissime consonae geminatae in dialecto Cretica nascuntur ex adsimulatione[5]) et ita quidem, ut plerumque altera consona priorem, rarius prior alteram sibi adsimulet. Hanc adsimulationem osteudunt:

ϰϰ pro *ϰτ* in vocibus: *Λύττος*, *Λύττιοι* e rad. *λυϰ* „lucere" oriundae, quae Cretici oppidi eiusque civium nomina in permultis titulis leguntur; in tituli vero II, ut apud ceteros Graecos et apud Romanos, vv. 13. 21. 23 *Λυκτίοι* praeter *Λυττίοι* in vv. 1. 5. scriptum est.[6]) Item huc pertineut Steph. Byz. verba: *ἔνιοι Λύττον φασὶν αὐτὴν διὰ τὸ κεῖσθαι ἐν μετεώρῳ τόπῳ· τὸ γὰρ ἄνω καὶ ὑψηλὸν λυττὸν φασί* et Hesychi glossa *λυττοί· οἱ ὑψηλοὶ τόποι*. — *ἴττας· πατέρας. Κρῆτες ἢ* (scribas *καὶ*) *τοὺς ἀγρίους τράγους* Hes., quod Voretzsch. p. 12, adsentiente Schmidtio,[7]) ex *ἰϝεκτας* natum suspicatur, comparata Latinorum voce ibex. — *λάττα· μυῖα. Πολυῤῥήνιοι* Hes. pro *λάκτης*, vid. p. 17. — *ἀφραττίᾳ· ἰσχυρῶς Κρ.*, ut mutarim Hesychi glossam *ἀφρατίας· ἰσχυρός*, adverbium habeo more Cretico[8]) formatum e radice *φραϰ*,[9]) cui additum est *α* protheticum, cum Hey p 31 eandem quidem sumat stirpem, sed *ἀφρατίας* pro *ἀφρακίας* positum putet, quae explicatio certe probari non potest.[10])

ππ pro *μπ* conspicimus in *Λάππα* vel *Λάμπα* oppidi nomine, quorum utrumque legitur in titulis, nummis, scriptoribus, cum *Λαππαίων* est in titt. ex. gr. 2584, 1; 3056, 1. 12; Spratt. II, 8 v. 1. 5. II, 9 v. 1. 4; in nummis ap. Mionnet. II, 285 sq., Eckhel. II, 314 sq., *Λαμπαίων* in num. rec. ap. Mionn. Suppl. IV, 326; conf. Hoeck. Kreta I, 387.

θθ pro *σθ* apparent in *ἀποϝειπάθθω*, *ἰθθᾶντι*, *ἰθθάντες*, *ξυνιθθᾶ*, quae vid. p. 15.

γγ pro *σγ* habes in *πρεγγευτάς* voce in titt. 75, 4/5. 16. 57; 76, 5/6. 14. 42; 77, 5; 81, 4. 14; 82, 4, i. e. *πρεσγευτάς*, quod *πρειγευτάς* in aliis titulis tradi vidimus p. 19.

λλ pro *ϰλ* exhibent *ἐλλιποίεν* in titt. II, 4; 73, 16 et *ἔλλυσιν· ἔκλυσι[ν] Κρ.* Hes. et, nisi nomen originem ducit a Phoenicibus, *Ἑλλώτια· ἑορτὴ Εὐρώπης ἐν Κρήτῃ* Hes. (conf. *Ἑλλωτία* teste auctore Et. M. p. 332, 40 sq. nomen ipsius Europae vel Gortynae urbis, Hoeck Kreta I, 399), quod ad praepositionis *ἐϰ* cum *λωτίζειν* compositionem revocatur.[11]) Ceterum idem festum Corinthios celebrasse docet Athen. p. 678 A.

λλ pro *χλ*, sed ea incerta, praebet vox *ἄμαλλος· πέρδιξ. Πολυῤῥήνιοι* Hes., quam ad *ἄμαχλος* revocavit Voretzsch. p. 12, ad radicem vero mar s. mal = pugnare Hey p. 27.

λλ pro *νλ* offert *ἐλλείπων* in tit. 71, 16 (deest prius *λ* in tit. 3047, 16, Boeckhius supplevit).

---

[1]) Curt. 208. — [2]) Quare in tit. Drer. 44 non suppleas *π[ράττ]ων* cum editoribus sed *π[ράσσ]ων*. — [3]) Hinc emendes *συναλλάττοντα* in tit. 2554, 75. — [4]) Curt. p. 596. — [5]) Vid. dissertationem Voretzschi, qui p. 11 sq. omnia fere eius exempla contulit. — [6]) De notione nominis optime disserit Voretzsch. in diar. Herm. IV, 272. — [7]) In Kuhni diar. XII, 219. — [8]) Conf. §. 16, I C. — [9]) Curt. p. 272. — [10]) Huic adsimulationis generi Pottius apte conferri iubet vernacula: Lattich lactuca, Dattel *δάκτυλος*, Attich *ἀκτέα*. — [11]) Conf. Schmidti notam ad v. in ed. Hes.

μμ pro *λμ* habes in *Σαμμώνιον* promunturi nomine, quod item *Σαλμώνιον* dictum est, cf. Mueller. Geogr. Gr. min. adnot. ad Stadiasmi mar. m. § 318 p. 505.[1])

ῤῥ pro *ϝρ* scriptum intellexit Hey p. 48 in *Πολυῤῥηνία* oppidi nomine, quod prodiit e stirpe *ϝραν* s. *ϝαρν*, Curt. p. 310, sed cum *ρ* uno saepe traditur, cf. Hoeck. I, 378.

μμ pro *σμ* conspiciuntur in *ἄεμμα· τόξον. ἱμάτιον* Hes., quod ex *ἄϝεσμα*, Sanscr. vasman,[2]) profectum originem prodit Creticam, cum et adsimulationem praebeat et *α* prothetico instructum sit, quo Cretas saepissime usos esse testentur ex. gr. *ἀέρσαν· τὴν δρόσον Κρ.* Hes., quod est *ἕρση*, antiquum *ϝέρση*, *ἄζωστος* et *πανάζωστος* pro *ζωστός* in tit. Drer. 140. 11, *ἀμυρτόν· ἱμάτιον Κρ.* Hes., quod ad rad. mur, Sanscr. mur-â-mi „circumdo, vestio,“ revocavit Hey p. 27, ut *ἀμυρτόν* significet „circumdatum.“

νν pro *χν* in *ἀλιννόν· ἀμυδρόν Κρ.* Hes. inesse vidit Voretzsch. p. 12, qui repugnantibus quidem Schmidtio (p. 221) et Webero (p. 552), revocavit vocem ad *ἀλυχνόν*, de *υ* in *ι* mutato conferens vocabula Aeolica *ἴψηλος*, *ἴπαρ* etc., Ahrens. Aeol. p. 81, vid. etiam infra § 8, 5°. Vana est Heyi coniectura p. 27.

σσ pro *νσ* in *Πρίασσος* (*Πρίανσος*) oppidi nummis Harduinum legisse tradit Hoeck. I, 413.[3])

Illud adsimulationis genus, quo prior consona alteram sibi adsimulat, in lingua Graeca omnino rarius est[4]), in Cretica comprobatur his solis:

λλ pro *λμ* positis[5]) in voce *ἀλλάθαρον* = *ἀλμάθαρον*, quode vid. p. 14.

ῤῥ pro *ρβ* in *Τάῤῥα* oppidi olim *Τάρβα* nomine, conf. Voretzsch. l. l.[6])

Quae omnia quamquam late patuisse in dialecto Cretica adsimulationem testantur, affirmare tamen non ausim cum Schmidtio,[7]) Creticas esse Hesychi glossas: *διώττας· ἐργοδιώκτας.* — *ἐλλόν· ἀγαθόν. γλαυκόν κ. τ. λ.* (cf. Pindar. *ἐσλόν*, Greg. Corinth. p. 213 ed. Schaefer). — *ἐττῶν· ἐκ τῶν.* — *κολάττην· κόλακα* i. e. *κολάκτην.* — *παρακοττεῖ· παραφρονεῖ* pro *παρακοπτεῖ.* — *τίτθεν· τίκτειν*, quod in *τίττεν* vel *τίττεμεν* mutandum putat. — *ὑφεττόν· ὑπομονητόν* i. e. *ὑφεκτόν.* — nomen denique *Νυττέρειον·* (*ἔστι δὲ ὄνομα λιμένος*, Cramer Ann. Ox. II, 292, 23), quocum confert Suidae glossam *Νιτέρειον· ἀκρωτήριον.* Nam possunt quidem Cretica esse haec vocabula, certa non sunt, cum in aliis quoque Graecae linguae dialectis adsimulatio reperiatur.

Falso Voretzschius l. l., quem sequitur Hey p. 48, 49, huc traxit: *ἀνταλλαγῆν· ἀναπαύσασθαι Κρ.* Hes., quod dictum putavit pro *ἀντιαναλήγειν*, sed multo melius Schmidtius infin. aor. verbi *ἀνταλλάσσω* habet, et *ἴττον· ἕν Κρ.* Hes. pro *ἴντον*, quae tamen glossa corrigenda est ex analogia vocis Paphiae *ἴγγια.*[8])

De vocalibus.

§ 8.

De vocalibus brevibus.

1. *α* vocalis.

a) Dorienses nec minus Cretas *α* vocali nonnunquam uti ubi vulgo *ε* conspicitur, et grammatici testantur et quae linguae Doricae sunt relicua;[9]) ad Creticam dialectum vel solam vel item ad ceteras dialectos Doricas pertinent haecce:

---

[1]) Hey quidem p. 47 *Σαμμώνιον* ex ea ratione qua vocalis ante *λ* cui coniuncta est consona altera proferebatur ortum esse contendit, sed diversam esse ab hoc vocabulo illam rationem nemo non videt. — [2]) Curt. p. 338. — [3]) Conferri possunt ling. Lat. vocabula imperiosus, verrucosus alia, quae in antiquioribus eius monumentis imperiossus, verrucossus (pro imperionsus et verruconsus) scripta sint. — [4]) Cf. dial. Aeol. *ὄππατα, ἄλιππα, μύῤῥα* (pro *σμύρνα*). Ahr. Aeol. p. 69. 73, addend. ad libr. I p. 504. — [5]) Vid. Bekk. Ann. Gr. 334 v. 15 *ἀγαλμός· λοιδορία*, v. 16 *ἀγάλλιος· λοίδορος.* — [6]) Incertum est *ῤῥ* ex *ρσ* ortum in *Χεῤῥόνησος* nomine, quod exhibent Strabo et Steph. Byz., cum Ptolemaeus tradat *Χερσόνησος* et, quod summi est momenti, nummi *Χερσονασίων*, conf. Mionnet. II, 264, 265; Eckhel. II, 307 (ubi in uno nummo leg. *Χερονασίων*). — [7]) In Kuhni diar. XII, 219 et in ed. Hes. — [8]) Vid. Schmidt. in Kuhni diar. XII, 219; Curt. p. 643. — [9]) Cf. Ahr. Dor. 113 sqq.

ἀέρσαν· τὴν δρόσον Κρ. Hes., quod ex ἀϝέρσα[1]) ortum conferas cum vulgari ἕερσα. — Ἄπταρα, Ἀπταραίων, Ἀπταρέων in nummis, Mionnet. II, 261 sq. Suppl. IV, 304 sq., Eckhel. II, 308, Ἀπταρεύς apud Hesychium, quae nomina Ἄπτερα etc. quoque scribuntur in titulis, nummis, libris. — Ἀρταμιτίου mensis nomen profectum ex Ἄρταμις, vulgari Ἄρτεμις, quod quidem legitur in omnibus titulis Cret., qui nomen continent, in tit. 3052, 1. — ἀσβέσθη = ἐσβέσθη, vid. p. 13. — ἀτέρω i. e. ἑτέρου in tit. 2554, 111 verbis ᾳ ἁ ταινία παρατερω Boeckhius legit, cum Koen. ad Greg. Cor. p. 304 παραιτέρω = περαιτέρω. — Βίαννος oppidi nomen, vulgo Βίεννος, in tit. Ven. 32 (Βιαννίαν), 77, 1. 2. 14; VII, 5 (Βιαννίων), VII, 3 (Βιαννόθεν). — ἰαρός pro ἱερός[2]) in titt. III, 6. 9; VII, 11; 68. 11; 72, 43; 75, 44; 76, 30; Spratt. tab. I, 4, 2, quocum composita sunt: Ἱαραπύτνα nomen in titt. Ven. 11. 30. 84; III et IV, cum in eodem titulo Ven., v. 3. 7, et in nummis ap. Mionnet. II p. 283 sq. et Eckhel. II, 313 conspicitur Ἱεραπύτνα, et καθιάρωσιν in tit. Cydon. 64, 9. — Tum καρ stirps, vulgo κερ (in κέρας)[3]), apparet in Hesychi glossis: κάρτην· τὴν βοῦν Κρ. καὶ τὸν οἰκέτην οἱ αὐτοί. — κάρα· αἶξ ἥμερος Πολυῤῥήνιοι. ὑπὸ Γορτυνίων. [ἄλλοι] δὲ ἡ συκῆ. Ἴωνες τὰ πρόβατα καὶ τὴν κεφαλήν (in qua glossa cum συκῆ pertineat ad κάραι· συκαί et verba τὴν κεφαλήν referenda sint ad stirpem a nostra alienam, quam vid. ap. Curt. p. 132, Hesychius complura confudit homonyma) — καρανώ· τὴν αἶγα Κρ.[4]) — Μάταλα, Ματαλία, Μέταλλον unius oppidi nomina traduntur ab auctore Stadiasm. m. m. § 323 (ed. Mueller I, 507), Ptolem. III, 17, 4, Strabon. X, 478. — ῥάβινθος Cretenses dixisse pro ἐρέβινθος docet Cretici mensis nomen Ῥαβίνθιος, vid. Ahrens. Nov. Mus. Rhen. XVII, 356, Hermann. Gr. Monatsk. p. 78. — τάως· τέως Κρ. Hes., quo nisus Creticum ἄως fuisse pro ἕως Ahrens. Dor. p. 200 sumpsit et ἔνσας· αὔριον ἐνσεισθήσεται Hes. glossam mutatam in ἐς ἄς· (i. e. ἄας Dor. ἄς) αὔριον Cretensibus ascripsit, quibus Hey p. 10 non debebat addere alteram glossam ἀέλον· ἧλον Κρ., utpote quae in Cyr. cod. multo melius traditur: ἀέλιος· ἥλιος. — Denique locum suum obtineant verba, quae Ionicum secuntur morem, τάμνειν et τράπειν in titt. 2554, 16 (ἀποταμνήται), 2555, 21 (ἐπιτραφῶ), Lytt. 11, 12 (ἐ]πιτραφίω), Ven. 12. 14 (ἐπιτραφῆν), IV, 3 (ἐπιτραφόμεν).[5])

De quorum vocabulorum ratione explicanda consentiens cum Ahrensio (p. 119) Ἄπταρα ex. gr. nomen genuinum habeo, cum nonnulli nummorum, qui praebent Ἄπταρα, antiquiores sint quam qui Ἄπτερα.[6])

b) In nominibus numeralibus α pro ο, id quod in universum Doridis antiquioris fontes exhibere demonstravit Ahrensius, Cretica dialectus non ministrat, sed in his tantummodo vocabulis Hesychianis: ἄναιρον· τὸ ὄνειρον Κρ., quocum conf. ὄναρ, et Καρτεμνίδες· οἱ Γορτύνιοι Κρ., vid. p. 11, et in nominibus compositis Κρηταγενής, in nummis ap. Mionnet. Suppl. IV, 296, Eckhel. II, 301, et ἱστοριαγράφων, in tit. 82, 12. Neque vero exinde licet Cretibus addicere[7]) Hesychi glossas: ἄναρ· ὄναρ ἢ ἤκουσα (vid. Schmidti coniecturam in ed. Hes.), ἄφελμα· τὸ κάλλυντρον, καρπαστῖναι (scripserim καρπισθῆναι)· σκορπισθῆναι, quae Doricae videntur.

c) Rationem huic adversam, qua ο respondet α vulgari,[8]) secuti sunt Cretes in ἀπογρόφονσι, Ven. 55,[9]) et Hesychianis ἀροπῖσαι, ἀβλοπές, μέσσοπα, vid. p. 10, ad quorum α in ο convertendum quin multum valuerit consona labialis nemo dubitabit considerans, verbi γράφειν in aliis quoque dialectis multas quidem exstare formas, quae ante φ vel π praebeant ο, nullam quae ante μ, conf. ex. gr. διάγραμμα in eod. tit. Ven. v. 56 et 57. Sic legimus in titulis Doricis, Melio C. I. 3 γρόφων, Tab. Heracl. (C. I. 5774 et 75) I, 36 ἀνεπιγρόφως, Hermion. ap. Rangab. l. l. nr. 2347, 2 (Philol. IX, 180) et nr. 785, 49

---

[1]) Conf. Curt. p. 310. — [2]) Vid. etiam Ahrens. Dor. p. 115 sq. Aeol. 26; Curt. p. 358. — [3]) Cf. Curt. p. 136. — [4]) Quod Lobeck. Rhemat. p. 320 comparavit cum κάρα „caput," haud recte. — [5]) Omitto κα particulam, de qua vid. Abr. Dor. 881, et ἐνταχεῖς· ἐμφυεῖς (pro ἐντεκεῖς), quam Hesychi glossam Creticam habent Schmidtius et Hey. — [6]) Male derivant nomen a πτέρον auctor Et. M. p. 133, 31, Steph. Byz., Suidas. — [7]) Schmidt. in Kuhni diar. XII, 213. — [8]) Saepius in dial. Aeol., Ahr. p. 76 sq., rarius ap. Dorienses, cf. eund. Dor. p. 120. — [9]) In ceteris titulis Cret. α servatum est.

συγγρόφοις, Argivo in Philol. IX p. 588 v. 15 *γροφεύς*, in Acolico C. I. 4725, 14 *γρόπματα*, conf. *γνόφαλλον* ap. Alcaeum fragm. 27, 6 ed. Schneidewin., in Attico ap. Rangab. nr. 820, 22 (C. I. 1091 addend.), *ἀντίγροφον*, in Argolico, C. I. 1125, 8 *γροφείσαντα*, denique in Hesychi gloss. *γρομφεῖς· οἱ ζωγράφοι*, quod Dindorf. scite mutavit in *γροφεῖς*. — Accedit *Βρόταχος* nomen hominis Cretensis in Simonidis Cei fragm. 109 (ed. Schneidewin.), quod ad *Βάτραχος* iure suo revocavit Hey p. 9, conlatis Et. M. p. 214, 44 verbis: *βράταχος καὶ βρόταχος παρὰ Ξενοφάνει ἀντὶ τοῦ βάτραχος καθ' ὑπερβιβασμόν.*

2. ε vocalis.

a) ε pro ο exhibet unica vox *Ἀπέλλων* in tilt. 61, 12, Drer. 20. 24, ceteris titulis *Ἀπόλλων* praebentibus, quam vocem ex antiquitate retinuisse ε docet Otfr. Mueller Doriens. I p. 303, conf. etiam Ahr. Dor. p. 122.

b) ε diphthongi ευ locum obtinet in voce Hesych. *ἄργετος· ἡ ἄρκευθος*, de qua dixi p. 16.

3. De ε et ι vocalibus.

A) Saepius quam ceteri Dores, id quod cum Boeotorum imprimis et Paphiorum dialectis commune eis est, Cretes et ante consonas et ante vocales ε in ι vocalem convertunt. Sed tamen eo inter se discrepant Cretes et Boeoti, quod hi in mutanda vocali certam secuntur normam, illi singularibus tantummodo et dissipatis formis, titulorum enim pars maior ε servatum ostendit, huius mutationis, ut ita dicam, elementa posuerunt. Atque in adornandis vocabulis hunc sequamur ordinem:

a) Primum locum teneant in quibus eiecto digammate ι ex ε prodiit, vocabula: [1]) *Θιήιον· Θεῖον τὸ ὀρνιχιόν Κρ.* Hes., quod ex *Θίκιον* codicis scriptura restituerunt Pergerus et Hemsterhusius cuiusque *Θέϝειον* formam antiquiorem statuit Curt. p. 234. — *ἐπιῤῥιόμενος* in decreto Lyttiorum, quod tradidit Suidas ad v. *Ἐπίκουρος* (I, 420 ed. Bernhardy, I, 1366 ed. Gaisford), pro *ἐπιχριόμενος* scripsit Voretzsch. l. l. conlatis *ῥέω, ῥέϝω* formis. [2])

b) Tum proferantur voces, quae sigmate eliso ε in ι transire passae sunt: *Θιός* pro *Θεός* e radice *Θες* [3]) natum, in titt. 2554, 185, Ven. 64 (48. 80) et in gl. Hes. *Θιός· Θεός Κρ.* — *ἴωμες*, in titt. 3058, 12 (74, 27), 61, 3, et *ἰόντες*, in tit. VI, 7, quorum hoc quidem dubium mihi est exemplari Lebasi (69, 6) praebente *ἀζ]ημίοι ὄντες*, verbi *εἰμί*, rad. ες, declinationes. — *Κρητογενία*, accusativus nominis *Κρητογενής*, quod ex nummorum auctoritate scribendum est *Κρηταγενής* (cf. p. 24), in tit. 2554, 177. — *ψουδία· ψευδῆ* Creticum dicunt Photius et Suidas, conf. Hesych. *ψωδία· ψευδῆ. Λάκωνες τὸν στόμαχον*, ubi Schmidtius ου restituit. — *τίριος* pro *Θέρεος, τίρεος*, cf. p. 16. [4])

c) Ante duas consonas ι pro ε exhibent haec: *Ἱστίαν* i. e. *Ἑστίαν* in tit. Ven. 60. 76, Ionicum quoque (conf. Curt. p. 643) et omnino Doricum (vid. Ahr. Dor. p. 121). — *Ἐπιρνύτιος· Ζεὺς ἐν Κρήτῃ* Hes., quod compositum est ex *ἐπί* et *ἔρνυς* (*ἔρνος*), conf. Schmidt. ad v. — *ἴγγον· ἔν Κρ.* (cf. p. 23) Hesychi glossam *ἴττον· ἕν* emendavit Schmidt.

---

[1]) Omitto *Ἄρια*, quod in tit. Lytt. II, 5 ex Rangab. exemplari tradidit Voretzsch. l. l., cum in exemplari accuratiore, quod in Herm. vol. IV, 267 edidit Voretzsch., legatur nil nisi **AP**, et *νικύλεα* vocem obscuram (conf. p. 16), quam cum ex νι — (*νίος* pro *νέϝος*) et *κυλ* compositam esse suspicetur Hey p. 12 valde errat. Nam repugnat haec iunctura componendorum nominum legibus. — [2]) Vid. Curt. p. 316, Ahrens. Dor. p. 207. 483 (*ἀπορίομες*). — [3]) Curtius p. 230, 454 sq. contulit etiam adiectivum Creticum *Θέινος* (2554, 27. 2557 B. 17 19), quod cum suffixum — ινος eis tantum subiciatur nominibus, quorum clausula consona instructa est, stirpem vocis *Θεός* in consonam desiisse confirmet. Neque intellego, quid senserit Roediger, qui in Kuhni diar. XVI p. 158 dixerit, formam *Θιός* repugnare huic explicationi. Nam exempla, quae *Θεός* formae addam, satis comprobabunt, ε mutari in ι eiecto sigmate. Ceterum vana est ipsius Roedigeri de *Θεός* vocis radice coniectura. — [4]) Quae Voretzsch. addit p. 21: *ἀχραιώδια* et *πτροπίος* coniecturis nituntur minime probandis.

in Kuhni diar. XII, 219 conlatis Lat. singulus et voce Paphia ἴγγια· εἷς, quam ad σέγγια (sem-el) revocavit Curt. p. 643.

d) Sequente consona liquida ι ex ε processit in τίριος et ἀρχίλαν· ἀρχιποιμένα Κρ. Hes. (cod. ἀρχιλλάν correxit Salmasius), quod ad ϝελ radicem (εἴλω, ἴλη, cf. p. 5) rettulit Hey p. 12 conlatis, quae Schmidtius apposuit ad v., βειλάρχας et βειλαρμοστάς.

Quibus perlustratis statuendum est, ε vocalem nisi in vocibus, quae antiquiore tempore consonam praeberent ante α aut ο subsequentem aut in quibus sequerentur eam vel duae consonae vel consona liquida, in ι non esse conversam a Cretibus. [1])

B. Aliena ab hac altera est mutatio, qua ι vulgari quidem ε respondet nec tamen prodiit ex ε, sed item ut ε ex j semivocali, id quod comprobatur:

a) futuri Dorici formatione, quam in σιω factam non discrepare constat a Sanscritae linguae tempor. futuris in-sjâmi desinentibus. [2]) Mutaverunt autem Dores j, si subsequerentur α, ο, ω, in ι, si ε in ε [3]), quod plerumque coaluit cum ε proximo. Cretica huiusgeneris sunt: βοαθησίω tit. 2554, 190, — βοα]θησίοντι Ven. 15, — διακαθεξίομεν tit. IV, 4, — ἐ]πιτραφίω Lytt. II, 13 (in edit. altera, Hermes IV, 267), — κακοτε]χνησίω ibid. v. 12, — πειρ[ασ]ίομεν, quod in tit. V, 7 scripserim pro πειρ[ασ]ῶμεν, — πραξίομεν 3048, 15; 74, 15, — προλειψίω 2554, 197 et, ut videtur, Lytt. II, 10, — σπεισίω Drer. 42, — συνδιαφυλαξίομεν 3048, 31; 3058, 11 (74, 26), — χαριξιόμεθα 3048, 16; 74, 16 (conf. p. 20). Denique Hesychiana, quae Cretica fortasse sunt, verba ἐντυψίω· ἐντινάξω, — ἐψίονται· ἀκολουθήσουσιν, — ἐψίονται· ἀδικήσουσιν (vid. Schmidt. in ed. Hes.) [4])

b) Vocabulis singularibus ι ex j natum probatur hisce: περιστεριών 2554, 143, quod vulgari respondens περιστερεών fictum est auxilio suffixi ion, jon, cui multitudinis notio inhaeret. [5]) — δίαν τὴν ἡμέραν vocabant Cretenses teste Macrob. Saturn. I, 15, quod ortum est ex δjαν antiquiore διϝαν, Curt. p. 213, 502, itemque διανής· cod. διανδής, emend. Duentzer. in Kuhni diar. XII, 26) πολυχρόνιος Κρ. Hes. — ἐλαχία· ἐδάρη Κρ. Hes., quam glossam optime interpretatus est Voretzschius cum suspicatur ἐλιαχία vestigium exhibere antiquae aoristi II ficturae, quam jην vel jαν fuisse, ex rad. ι (in ἰέναι) ortam, primus statuit Curtius in libri qui inscribitur Tempora et Modi p. 329. [6])

C. Similem rationem, qua semivocalis j in vocalem sui generis transit Cretica (Dorica) verba in ιω, vulgo in εω, desinentia secuntur. Quae verba e nominum stirpibus derivata primum exibant in — εjω, deinde aut eiecta semivocali in — εω, aut commutata in vocalem in — ειω, quam formationem carmina Homerica servaverunt, veluti in verbis ἀκνείω, νεικείω, denique apud Dorienses cum ει non multum distaret ab ι in — ιω, [7]) cuius ε retentum est ante ω et ο proximis. In his Cretica sunt: ἀποθυμίω· ἀποφαίνω Κρ. Hes., i. e. ἀπομυθέω, — ἐ]παινίομεν tit. V, 2 (abbas Italus male ἐ]παινῶμεν, restit. Naber.), 71, 22 (κὴπαινίομεν, C. I. 3047 κὴπαινέομεν), — ἐπιορκίομεν Ven. 72, ἐπιορ]κίοντ[ι Lytt. II, 15, — κορμιόντων Ven. 4, κοσμίοντα et κοσμιόντων Drer. 110. 4, κοσμίοντες 3049, 15; 3058, 17 (67, 29); 74, 33; VII, 8; 3048, 38 (ubi κοσμοῦντες mutes ex analogia formae ὁρμιομένοι). — ὁρμιομένοι 75, 46; VII, 3 (abbas ἐγκαθορμιζόμενοι, Naber. probe: τι]νὲς κα ὁρμιομένοι), ὁρμιομένων 3048, 33; 3049, 9; 3058, 13 (74, 27); IV, 6 (abbas ὁρμωμένων), — παρακαλίων 76, 6, — πολεμίοντας 2554, 24 (unde corrigas v. 20) ποιιομένοι 64, 8.

Iam hae formationes viam nobis monstrant ad alias quasdam explicandas, et primum quidem tempora futura ἐμμενίω 2554, 190 et ἐξαγγελίω Drer. 73, quae ex μεν-έ-σjω, ἀγγελ-έ-σjω elisa consona σ prolecta esse existumo, [8]) licet Voretzsch. p. 29 secutus Weberum et Frankium haec futura rationem formandi a vulgari alienam prae se forre

---

[1]) Conf. etiam Curt. p. 641 sq. — [2]) Ahr. Dor. p. 287. — [3]) Hey p. 14 non debebat conferre βοαθηϑεῖν, quo in tit. 2554, 19 lacunam explevit Boeckh., is enim verius scripsisset βοαθησεῖν. — [4]) Hey p. 14 addit λαιξίῳ· δαρήσῃ Κρ. Hes. secutus Voretzschium, qui formam, cuius terminatio explicationem repperisse mihi non videtur, futuri med. pers. sec. habet. — [5]) Cf. Curt. p. 577. — [6]) Conf. eiusd. „Erlaeut." p. 111, Christ. Lautl. p. 164. — [7]) Vid. Christ. Lautl. p. 51. 155. 161, Curt. Erlaeut. p. 91, Pott. Etym. Forsch. II, 993. 995 ed. 2. — [8]) Vid. Ahr. Dor. 289.

suspicetur, deinde *κόσμιος*, quod a *κοσμε-jος* ductum, praeter *κόσμος*, formam apud ipsos Cretes magis usitatam, legimus in titt. 3047, 19 (ubi Lebas. exemplar exhibet *κόσμοις*); 3050, 2. 13; 3051, 2; 3052, 4; Ven. 4, tum *ἁμίων* in titt. 3047, 26 (ap. Sherard et in 71, 26), 76, 8; 77, 18 et *ὑμίων* 77, 21, quibuscum conferas formas Ionicas *ἡμείων* et *ὑμείων*, deinde *κιάται* in Ven. 22, quod non differt ab Homerico *κείαται*, denique coniunctivum *συνθιώμεθα* in Lytt. II, 12 pro *συνθειώμεθα* (vid. Voretzsch. Herm. IV, 275), quem conlatum velim cum forma epica *συνθειόμεθα.*[1])

Prorsus aliter de omnibus his explicandis sentit Ahrensius Dor. 211, qui nisus formis *ἐμμετρίωμες, μετριώμενος, ϝηλιώμενος*, quae pro *ἐμμετρίομες, μετριόμενος, ϝηλιόμενος* in nonnullis leguntur titulis, verba in-*εω* desinentia nec minus futura Dorica, de quibus modo dixi, contractionem quandam subiisse conicit vocalium *εω* et *εο* in diphthongos *ιω* et *ιο*, quas diphthongos ut saepe *ῃ* et *ει*, *ῳ* et *οι*, in scribendo quidem, minime vero in pronuntiando inter se diversas cum Theotiscae linguae diphthongis iu et io comparare liceat. At hae diphthongi prodierunt e vocali simplici u vel, ubi contractione ortae sunt idque perraro, i-o et i-u eiecta consona coaluerunt in diphthongos, nunquam eo et eu in io et iu conversa sunt. Nec praeterea constat *ιο* et *ιω* diphthongos fuisse in lingua Dorica. Nam si quid video, *ἐμμετρίωμες* pro *ἐμμετρίομες* etc. ex alio fonte emanaverunt, ex antiquiore horum verborum formatione in-*εjο, jο*, quae mutata syllabarum quantitate abiit in *ιω* pariter atque *ῆος* in *ἕως*, *βασιλῆος* in *βασιλέως*, *ἵλαος* in *ἵλεως* alia.

D. Exstant deinde futuri et verborum contractorum in — *ιω* desinentium formae breviores: *διαπολεμόντων, συμπολεμόντες* tit. II, 10, — *ἐπιορκόντι* ibid. 17, — *κατοικόντες* 2555, 6, — *κατοικόντας* V, 9; 64, 24; 73, 28, — *κοσμόντες* et *κοσμόντων* 2556, 40. 61. 69. 77,[2]) — *κρατόν[τες* ibid. 10, — *πωλόντας* ibid. 14, — *πραξόντι* Drer. 118. 123, — *πρεσβευσόντας* 2557 B, 4, — *συντελόντες* ibid. 15, — *ἀναγραψόμεν* 77, 22, — *ἀναθησόμεν* 77, 23; 78, 14, — *βοαθησόμεν* 3052, 27; 77, 29, — *διαφυλαξόμεν* 73, 33, — *διαφ[υ]λαξομέναι* VII, 1, — *ἑξόντι* Lytt. I, 5 — *ἐπα[ινε]σόμεν* 3052, 29, — *ἐπιγ[ρα]ψόμεν* IV, 3, — *πειρασόμεν* 75, 35, — *πειρασόμεθα* 3047, 29; 73, 26; 77, 31; 78, 18 (rest. in tit. 64, 22 ex *πει[ρα]σόμεθα*), — *πραξόμεν* 64, 14; 72, 16, — *συντηρησόμεν* 3052, 20, — *χαριξόμεθα* 73, 17, — *τελόμαι* Drer. 63. In quibus formis non dubito quin *ι* vocalis, postquam denuo induit speciem *j* semivocalis,[3]) omissa sit, quia Graecis deerat littera ad significandum *j*. Quo probato nemo mirabitur quod non solum in syllabis, quae consona clausae sunt, ut putat Ahr. Dor. 212, verum etiam quae vocalibus finiuntur, *ο* evanuit.

E. Denique *ι* in nominum, quorum stirpes in *ι* exeunt, declinatibus retentum est hisce: *αἱρέσιος* 76, 25, — *καθιερώσιος* 3052, 18; 73 9; 76, 11. 27, *μανίσιος* epist. Epim., — *πόλιος* 64, 10; 66, 9; 3048 (70) 10. 28. 35. 42; 72, 29. 37; 73, 10; 74, 10. 30; 75, 12; 76, 4. 12. 28. 34. 48; 77, 38; I, 61. 63; VII, 5, — *στάσιος* Drer. 60, — *συντάξιος* I, 95, — *πόλι* III, 2; Lytt. III, 9, — *π]όλιες* Lytt. II, 14, — *πρυτάνιες* I, 91, — *ἐμμάνιας* Drer. 78; 2555, 23; II, 18. 24, — *πόλιας* 3053, 5, — *δυναμίων* I, 61, — *πολίων* 76, 46; 77, 36.

Nec tamen negandum est, vulgares easdem formas et contractas et solutas (vid. § 12) in unoquoque fere titulo Cretico legi, non mirum, ut ait Ahrensius, pro eorum condicione.

4. De *ο* vocali.

Hanc vocalem, quam ex *α* vulgari prodiisse vidimus p. 24, pro *ε* positam legimus in *συνέθοντο*, tit. 2554, 2, sed eam suspectam (cf. § 14).

---

[1]) Eandem formam restituit Voretzsch. l. l. in tit. 2554, 201, ubi legitur *συθιόμεθα*, Boeckh. scripsit *συνεθόμεθα*. — [2]) In tit. vero 2554, 30 pro *κοσμόντων* scripserim *κοσμι(ε)όντων*. — [3]) Vid. Pott. Etym. Forsch. II, 995 ed. 2.

5. De *υ* vocali.

a) Locum *α* vulgaris, id quod apud Aeoles saepius factum constat,[1]) *υ* in dialecto Cretica non obtinuit, unica tamen vox *ῥυστόν* (*δόρυ Κρ.* Hes.), quacum Schmidtius apte contulit glossam Hes. *ῥι[σ]θῆναι· ξυσθῆναι*, si vere cum r a d e r e comparatur a Voretzschio p. 22, *υ* ex *α* antiquo processisse testatur, quod ex Latinae linguae comparatione concludi poterat.

b) Pro *ο* vulgari Cretenses in adverbiis quibusdam usi sunt *υ* vocali, qui vocalium mutandarum mos Aeolum imprimis proprius erat.[2]) Quae adverbia sunt: *τῦ* s. *τύ* II, 16. 22; III, 16, — *τυί· ὧδε Κρ.* Hes., — *ὄπυι* Ven. 68.

c) Cum vulgaris sermonis proprietate Cretenses concinunt, apud quos *υ* et *ι*, perraro quidem, inter se commutentur,[3]) quo pertinent: *ἀλιννός* pro *ἀλιχνός*, vid. p. 23, — *ἰβικτίρ* pro *ἰβυκτήρ*, vid. p. 7, — *Ὑππάγρα* et *Ὑππασία* nomina in tit. 2554, 106 et 127, quae procul dubio composita sunt cum *ἵππος*. In quibus explicandis valde erravit Voretzsch. p. 27, qui Cretas ex antiqua nominis forma *ἄππας*, sanscr. açvas, *ὕππος* finxisse suspicetur.

§ 9.

De vocalibus longis et productis.

I. De *α* vocali.

A. *α* pro *η*.

Notum est omnium Doriensium linguam eo praecipue differre ab Ionum et Atticorum, quod saepissime *α* praebet ubi horum lingua *η*. Qua in re cum Cretes Doridis indolem nequaquam deserant, exceptis titulis recentissimis, optime rei consultum videtur, si eundem secutus ordinem quem constituit Ahrensius p. 129 sqq.,[4]) singula enumero.

1. Primo loco nominanda sunt vocabula quae *α* ex *α* antiquo natum praebent. Cuius generis sunt:

a) omnes casus num. sing. declinationis, quae vulgo prima dicitur, veluti *τέχνα*, *Κλευμενίδας*, *ἱεροθύτας*, in titulis, *θέστας· ὁ ἱερεὺς παρὰ Κρ.* Hes.

b) praeterita verborum retinent *α* litteram principem, ex. gr. *ἄκμαζε* 2563, 3, *διακοίσαμεν* 62, 5.

c) item verborum, quorum stirpes in *α* cadunt, declinatus, veluti *ξε[νι]θθᾷ* Ven. 67, *ἐνεστακότες* 2556, 76, *ἐνεστακότα* I, 76, *μεμναμένοι* 3048, 26; 3058, 7 (74, 21); 72, 27; epist. Epimen., *εἰράκοιμεν* Ven. 71 (in quo verbo opus est ut sumamus stirpem in *εἰρα* auctam).

d) nomina et verba derivata aut composita, quae originem ducunt a stirpe verbali vel nominali exeunte in *α*, qualia sunt ex gr. *ἀνδρηβάμονας* tit. 2570, 4, quocum conferas *βᾶμα* Et. M. 196, 36, *ἀνδρόβασμος· στενὴ ὁδός.* Hes., *Καταβαθμόν* tit. 2554, 137 a radice *βα*, in *βαίνω*, profecta, — *βοαθησίω* 2554, 190; *βοαθεῖν*, *βοαθοίντων* I, 14. 65 (*βοή*), — *λᾳστάς*, *λᾳσταί* I, 53. 76. 56 et *λᾳστήρια*, *λᾳστηρίον* ibid. 52. 80, rad. *λαϝ* vid. Curt p. 326, — *Μνάμων* tit. Eremop. (Revue Archéol. 1868) v. 5, *Μνασῆνον* tit. 2561, 1, *Μνασίθε[ο]ς* in nummo Gnos., Mionn. II, 271, Eckhel. II, 309, *Μνασικλῆς* nomen hominis Cretensis ap. Diod. Sic. 18, 20. 21, *ὑπομνάματα* Drer. 137 (*μνάομαι*), — *ὁρματήρια* I, 10, ab *ὁρμάω* ductum, quamquam Cretenses *ὁρμέω* quoque dixerunt vel *ὁρμίω*, — *στάλα* in titulis, e rad. *στα* natum, unde etiam verba *στανίω* 2556, 66, *στάω* (*στάσωντι*, *στασάντων*, *καταστασάντων* ibid. 80. 76. 61), — *τίμαμα* 2556, 49 (*τιμάω*).

---

[1]) Ahrens. Aeol. p. 78 sq. — [2]) Ahr. Aeol. p. 81 sq. — [3]) Exempla vid. ap. Curt. p. 648 sq., Keil. Analecta epigr. et onomat. p. 234 sq. — [4]) Eundem virum doctum vid. de grammaticorum testimoniis dicentem.

e) vocabula composita, quorum alteri parti *α* erat in fronte, veluti *ἀλλάλοις* 2554, 11. 67; 2556, 12, *ἀλλάλος* 2556, 38, *ἀλλάλας* 2557 B, 7, — *ἀρχαγέταις* I, 3, *ἀρχαγέτᾳ* 76, 34, *ἀρχαγέταν* 75, 20; 80 12. 23, — *ξεναγία· σύνταγμα παρὰ Κρ. καὶ ὁ ἡγεμὼν τούτων ξεναγός*, Hes., Bekk. Ann. Gr. 284, 11, — *Ἐτεάνωρ* 2563, 1, — *εὐάμερον* II, 2 nomen, quod sine dubio significat diem festum.[1])

f) omnia verba et nomina profecta a radicibus, in quibus inerat *α*, ex. gr. *ἀγεμόσιν* I, 28,[2]) — *ἀγουμένοις* ibid., — *ἀδύς* in scol. Hybr. v. 4.

2. His normis obstare videntur nomina derivata a verbis, quae vulgo *α* ostendunt in stirpe, haec: *ἔγκτησιν* 2556, 13. 2558, 8, item in titulis Teio-Creticis, — *χρήματα* vet Gort. 3. 10; Drer 119, *χρῆϊα* Drer. 84, *χρήσιμα* 2554, 220, *χρημένοι* ibid. 60, *χρησμῶν* 78, 8, — *πλῆθος* Drer. 121; 72, 22; I, 95, unde corrigas *πλᾶθος* 3048, 21. Sed vere Ahrensius omnia haec e stirpibus prodiisse statuit, quae in *ε* desinentes apud Dorienses antiquitus in usu fuerint. Nec alia res est in *κεκλήμαι* tempore perfecto, Hybrias v. 5, *ἐκκλησία*, quod plurimi praebent tituli, *πρόβλημα*, Hybr. v. 5, quippe quae nomina originem ducant a stirpibus *κλε* et *βλε*.[3])

3. Tum *α* pro *η* vulgari suppeditant certis regulis circumscripta haec:

a) prima persona aoristi med., ex. gr. *συνεθέμαν* 2555, 22.

b) nomina feminina plus quam bisyllaba, quae vulgo desinunt in *ηνη*, veluti *Ἀθάνα* vel *Ἀθαναία*, quod saepissime legitur in titulis, excepto *εἰρήνα* Ven. 9. 68 (*ἰρήνα*); II, 9; 2554, 198; 2561[b], 61; 2558, 11 (cf. addend. ad C. I. II p. 1101[b]), quodsi in tit. Cyrenaeo C. I. 5143, 13 et apud tragicos poetas idem legitur, conici posse mihi videtur, ex hyperdorismo quodam natum esse *εἰράνα*, quod reperitur in severioris Doridis fontibus, ex. gr. in Aristoph. Lysistr. et in titulis Teio-Cret. 75, 41; 77, 26.

c) nomina feminina abstracta declinationis, quae tertia dicitur, in — *της*, veluti *οἰκειότατος* 3049, 5 (66, 6), *οἰκειότατα* 3051, 7 (63, 6).

d) adverbia, quae vulgo desinunt in *ῃ*, ex. gr. *κοινᾷ ἢ ἰδίᾳ* in tit. 2556 aliis.

4. Denique quae certis legibus subiecta non sunt haecce:

ἀβέλιος et *ἀέλιος*, de quibus vid. p. 7. 24, itemque *Ἅλιος* nomen in titt. I, 2; Drer. 28, unde derivatum videtur mensis nomen *Ἀλιαίου* Drer. 108. — *ἀλικίᾳ* I, 88, *βαλικιώτας*, vid. p. 7. — *ἀμέρα* in titt. 2556. I. Ven. Drer. — *ἀμές* = *ἡμεῖς* titt. — *Ἀσκλαπιός* in titt. 2557. 3052 (80). 72. 76. — *ἀφαμιῶται* vel *ἀμφαμιῶται*, ut vocabantur servi, qui agros Cretensium colebant, testibus Strabone, Athenaeo, Hesychio, Eustathio (vid. Hoeck Kreta III, 36), cui nomini conferre licet Hesychiana: *ἀφημίας· τὰς ἀγροικίας*, — *ἀφημοῦντας· ἀγροίκους*, — *ἐφημίαι· ἀγροί* obscurae adhuc originis. Nam *ἦμαι* verbum, quod confert Hey p. 17, in Cretica non solum dialecto verum etiam Dorica universa *η* servat. — *Δαμάτηρ* in titt. 2557. 2567. 2599 et *ἰσομάτωρ· ὁ τῇ μητρὶ ἴσος Κρ.* Hesych. Cretas in matris nomine *α* retinuisse docent, quare genuina habenda non sunt: *ἀμήτορας· κιθαριστάς Κρ.* Hes., Et. M. 82, 15, quod profectum est ab *Ἀμήτωρ* citharoedi nomine,[4]) et *μητρίς*, ut Cretas patriam dixisse tradit Plato de republ. IX, p. 575 D, quem secuti sunt alii. — *δᾶμος* eiusque nomina composita et derivata, in titulis. — *ἐλαχία*, vid. p. 26, quae forma, cum ceteri fontes dial. Cret. *η* subministrent in aor. pass., urbis cuiusdam dialectum antiquiorem praebere videtur. — *ἔμματις*, a *μᾶτις* ductum, titt. — *ζαμία* titt., *ἀζάμιος* 72. 74. VII. — *κᾶπος* probat *ὁμοκάπους*, quo nomine Cretes eos, qui in eadem domo habitabant, appellasse narrantur ab Arist. Polit. I, 1, 6. — *κλᾶρος* unde *κλαρώντ[ω]ν* Ven. 50 et *κλαρῶται· εἵλωτες*, servi, qui agros colebant sorte sibi traditos, vid. Athen. VI, 263 E, Et. M. 660, 124, Hes. alios, quos citavit Otfr. Mueller. Dor. II, 48. — *κράνα* Drer. 34. — *Λατώ* deae nomen, in titt. — *κοδύμαλα* in Hermonis (fort. Hermonactis) glossis Cret. ap. Athen. III, 81 *Κυδώνια μῆλα*

---

[1]) *Τριήρης* nomen I, 71. in quo inest rad. *αρ*, ab Ionibus sumpsisse videntur Cretes. — [2]) De spiritus apud Dorienses ratione vid. Ahr. p. 35 sqq. — [3]) Conf. Ahr. Dor. p. 132. — [4]) Vid. Athen. XIV, 638, in eundemque locum Meineki analecta crit. p. 310.

dicuntur, quod hyperthesi igitur natum est ex *κυδόμαλα*, conf. etiam Hesych. *κοδύμαλον· τὸ στρουθίον. οἱ δὲ Κυδώνιον*, Nic. Alexiph. 234 cum schol. — *μάν* particula, in titt. et in epist. Epim. — *μάνυσις*, in epist. Epim. — *μαχανᾷ* Drer. 39, *δυσμάχανον* Epim. — *Μιλατίοι* Drer. 144, incolae oppidi, quod *Μίλητος* appellatur a scriptoribus — *νᾶσος* et composita, in titt. — *παγά*, Gramm. Meerm. p. 656 § X (ed. Schaefer). — *πλατίη* adverbium loci ductum a *πλατίος* Dorico pro *πλησίος*, e librorum lectione *πλατείη* vel *πλατείῃ* Epim. epistulae restituit Ahrens. Dor. 363. — *πυλιατᾶν* Gort. 14, unde emendes *πολιήτας* in epist. Epim. Idem suo iure in Tyrtaei embat. 15, 2 scribendum curavit Bergk (Poetae lyr. Gr.). — *Σαμαγόρα[ς* hominis cuiusdam Cretensis nomen in tit. 2562, 22 vulgo *Σημαγόρας*, vid. Ahreus. Dor. 563. — *Τάν, Τανός, Τᾶνα* leguntur in nummis (vid. p. 21) et in tit. 2555, 11 aliisque Doricis, quibus Abrensius (p. 139) comparavit Boeot. *Δάν*, Aeol. *Ζάν*, addens: „*Ζηνός* Doricum baberi nequit", nec facile erit quisquam, qui neget, *α* vocalem in hoc nomine antiquiorem esse quam *η*. Sed tamen non minus certum est, Cretenses tempore satis antiquo *η* quoque pronuntiasse, cum non solum in titulis minoris fidei 2554 et 2563, verum etiam in Ven. Drer. Hierap. Lytt. (Mnem. II) reperiantur *Δῆνα, Ζῆνα, ΤΤῆνα*, vid. p. 20. 21. — *ψᾶφος* pro *ψῆφος* testantur *ψαφίζω* et *ψάφισμα* in titulis.

5. Servant vero *η* vocalem nec in *α* mutaut Cretenses in vocibus, quae ex *ε* eam profectam ostendunt. Cuius generis sunt:

a) nomina, quae in — *ης*, — *ηρ* desinentia genetivos formant in - *εος*, - *ερος* vel *ηρος* (vocativum tamen in - *ερ*) exeuntes, ex. gr. *Μενεκλῆς* 3053. 3057, — *νικατήρ* Drer. 153, et quae ab eis in *ηρ* derivata sunt *δικαστήριον, ἐπικριτήριον* 2556, 60. 65. 67, — *ὁρματήριον, λαστήριον* I, 10. 52. 80, — *Ἐπιστατήριος· Ζεὺς ἐν Κρήτῃ* Hesych.

b) coniunctivi modi et optativi declinatus, veluti *ἐμβαλῇ* Drer. 113, — *ἐφέρῃ* 2554, 194, — *ἀποταμνῆται* ibid. 16, — *εἴη* Drer. 115, — *ἀδικοίη* 2556, 46; item aorist. pass., ut *ἐψαφίσθη* 3052, 1.

c) omnes voces et formae verbales quae originem ducunt a stirpibus in *ε* desinentibus, ex. gr. *γνήσια* Gort. 7, cuius stirpem *γεν, γνε* vid. ap. Curt. p. 160, — *ἄρρητος* 2554, 50, quod prodiit ex *ϝερ, ϝρε*, Abr. Dor. 146, — *φιλήτωρ*, ut vocabantur a Cretensibus amantes, vid. Hoeck. Kreta III, 108 sq., Mueller. Dor. II, 288, — *συνθήκα* 2554, 38. 46. 90, 99; 2556, 11. — *πολεμησῶ* 2555, 15, — *ἐπιορκήσαιμι* ibid. 22.

6. Denique, in quibus non patet cur *η* dixerint Cretes, affero haec:

a) nomina in *ης*, gen. — *ητος*, exeuntia, ex. gr. *Κρής* unde *Κρῆτα*, titt, — *θής*, unde *θητεύω* ortum est, in epist. Epim., — *Κωρῆτες*, titt. et scriptores.

b) nomina numeralia, quae vulgarem praebent clausulam - *ηκοντα* et - *ηκοστος*, sic *πεντήκοντα*, vet. Lytt. I, 2; Drer. 163; 2556, 72; I, 28, — *ὀγδοήκοντα* Drer. 13.

c) verba, quae declinata stirpem augent *η* vocali, ut *γεγενημένος* I, 87. 89.

d) singula vocabula:

Ἀριδήλαν Hes., vid. p. 20 — *Δρῆρος* oppidi nomen in tit. Drer. et Cram. Ann. Ox. II, 69. — *δή* et *ἐπειδή*, in titt. — *ἦ, ἤ, ἤδη*, titt. — *ἧσθων* et *καθήσθω* 2554, 56. 2556, 34. 36. — *ἡμίσιων* I, 2, ubi scribendum videtur *ἡμίσσων*, conf. *τὸ ἥμισσον* in titt. Delph. ap. Wescber. et Foucart. (Inscript. de Delpbes. Paris. 1863) nr. 126, 10. 213, 11, de cuius formatione scite disputavit Curtius in relatt. acad. Lips. 1864, class. hist. phil. p. 225 (*ἡμισσο: ἡμισυ = πολλο: πολυ*). — *Ἥρα*, in titt. — *ἥρως* 82, 11; I, 3; Drer. 33 et ibid. *ἡρώασσα* uomen, quod mirifice admodum derivatum est ab *ἥρως*, vid. Viscber. in Nov. Mus. Rhen. X, 398, C. F. Hermann. in Philol. IX, 698. — *μή* particula negativa, ubique. — *μήν, μηνός* (mensis) eiusque composita in titulis, quod cum nusquam *α* exhibeat, Voretzschi p. 29 de *Εἴραν* mensis nomine coniectura (*ὁ τοῦ Εἰρήν*) vana est.

B. In paucis vocibus praeterquam in eis quae contractionem vocalium *αο* et *αω* prae se ferunt,[1]) *α* vulgaris *ω* vice fungitur apud Cretas. Sunt enim:

---

[1]) Vid. § 12, II A, 3.

πρᾶτος I, 25, cuius radix pra [1]) apud Graecos, exceptis Doribus et Boeotis, [2]) *ο* sonum adsumpsit. — *Θεα[ρ]οδόκος* in tit. Rhodovaniensis v. 2 (ed. Léon Thenon in diar. Revue Archéol. XII p. 396 sq.), de cuius vocis quamvis variis modis temptatae origine parum mihi liquet.[3])

II. De *η* et *ω* pro vulgaris linguae diphthongis *ει* et *ου*.

Ut *α* pro *η* vulgari positum, sic insignis dialecti Creticae (Doricae) proprietas ea est, ex qua *η* et *ω* vulgaribus *ει* et *ου* diphthongis respondent. In quibus duplex originationis genus discernendum est, alterum quod *ε* et *ο* ad supplendam consonam elisam producta, alterum quod *η* et *ω* vocalium quae concurrebant *εε*, *εο*, *οο*, *οε* contractione orta docet. Quo de genere mox, nunc de illo quaeremus. Productae sunt vocales

1. ubicumque *ν* excidit ante *σ* proximum, [4]) quod factum est

a) in participiorum, quorum nominativus cadit in — *ων*, dativis plur. *μετέχωσι* 2557 B, 16. 19, — *διδῶσι* 2556, 20, — *ἐ]σάγωσι καὶ ἐξάγωσι* 2558, 9, — *εὐορκῶσι* 2555, 25; II, 18. 24.

b) in partic. femin., quae desinunt in — *ωσα* ex *ουσα* natum, hisce: *ἐώσας*, *ἐῶσαν* 2556, 24; IV, 4, — *προϋπαρχώσαις* 2554, 219 (*ἄγουσαν* ibid. 128 procul dubio debetur Chishulli errori), 2556, 6, — *προϋπάρχωσαν* 73, 7; 72, 28 (*προϋπαρχωσν*), — *ὑπάρχωσαν* 75, 8.

c) in accusativo plur. declinationis, quae dicitur, secundae, in quo plerique Cretensium brevem amant vocalem, alii, ut vidimus p. 18 sq., *ν* retinent, alii *ν* eiectum supplent producta vocali. Hanc rationem praebent tantummodo titt. 2554, ex. gr. *συμμάχως* v. 11, *τὼς παρὰ τὼς αὐτώς* v. 60, *τὼς νόμως* v. 76, et 73, 13 *παραιτίως*, 28 *Τηίως* (sed ea suspecta, cum in eodem titulo legamus *ποτ' αὐτός* v. 7, *τός* v. 28), et epistula Epimenidis, veluti in *τὼς πολι[ά]τας, κακὼς ἄνδρας, ἀνθρώπως*, quibus conferas Latinorum accus. in os — et — as.

2. Eadem obtinet lex, ubi *σ* vel ante vel post consonam liquidam evanuit, quam probant:

a) verbi *εἰμί* infinitivus *ἦμεν*, in titulis [5]) (*εἶμεν*, quod in titulis deterioribus reperimus, corrigas in tit. 2554, 89), unde Ahrensium secutus concludas *ἠμί* quoque et *ἠμές* Cretas dixisse pro *εἰμί* et *εἰμέν*.

b) verborum liquidorum aor. prim., veluti *παραγγήλωντι* 2556, 43 (*παραγγείλωντι* I, 18 qui titulus complures exhibet formas vulgares), — *ἀποστηλάντων* tit. III, 2. Dubium est *νήμη* pro *νείμη* restitutum in tit. 2556, 27 ab Ahrensio, conf. Franz. Elem. epigr. Gr. p. 207.

3. Oblitterata alia quavis consona aut priore aut posteriore vocalem productam produnt haec: *ἀμήλιχον· ἀκολάκευτον Κρ.* Hes., vulgo *ἀμείλιχον*, de cuius radice marl vid. Curt. p. 295, de *μέλλιχος* Aeolico Ahr. Aeol. p. 58. — *ἄχηρον*, vid. p. 14, de *σ* quod radici fuerit Curt. p. 137. — *δηαί*, de quo conf. p. 20 et Curt. p. 507. 551. — *δηράς* in titt. 2554, 134. 169; Ven. 18. 19, cui addas Hesychi gl. *δηράδες· βουνοί*, — *δηρή· τράχηλος*, conlatis vulgari *δειράς*, Aeolico *δέῤῥα· δειρή*. — *πῆριξ· πέρδιξ Κρ.* Hes., quod profectum a *πέρδω* verbo, Latino pēdo (Curt. p. 221) Creticam comprobat glossam *πήραξον· ἀφόδευσον*, vid. p. 20. — *Θησάμενοι· αἰτησάμενοι Κρ.* Hes., conf. Schol. in Apoll. Rhod. I, 824: *Θεσσάμενοι, ἐξ αἰτήσεως ἀναλαβόντες, αἰτήσαντες κ. τ. λ.*, unde apparet *η* productum esse ex *ε*. — *βώλομαι* verbum, in titt. 2554, 26; 2556, 48. 52; 3050, 19 (65, 19); 3058, 9 (74, 24); 3059, 19 (80, 29); 73, 29; III, 16. — *βωλά* titt 3049, 2; 62, 3; 64, 2; 75, 3; Drer. 104. 108. 129. — *βωλεύω* 2554, 213; 2555, 8; 2556, 74 (*βωλουομέναις*); Drer. 145 (*ἐπεβώλευσαν*). — *Βῶλις* hominis Cretensis nomen, quod legitur ap. Polyb. VIII, 17. Quibuscum si compara-

[1]) Cf. Curt. p. 256. — [2]) Ahr. Aeol. 186. — [3]) Cf. Curt. p. 228, Ahr. Dor. 182. — [4]) Vulgarem rationem secuntur nominativi partic. aor. pass., qui in titulis Cret. desinunt in — *εις*. — [5]) De variis infinitivi formis vid. §. 14, V.

verimus Aeolica *βόλλομαι, βόλλα, βολλεύω* (Ahr. Aeol. 59), dubium nobis non erit, quin voces Creticae productionem suppletoriam passae sint eiecta consona. Orta autem videntur *βωλά* ex *βολνά* (Curt. p. 483), *βώλομαι* ex *βόλjομαι* (conf. Goth. vil-jan, vet. Theod. wëllan), nec quominus hoc statuam impedit, quod ex lege verba cum — jami composita *j* mutant in vocalem, cum linguam haud ita raro in singulis rationem a vulgari alienam sequi constet. Sic in *σπείρω*, 2556, 18, cui respondet Aeolicum *σπέῤῥω* (Ahr. p. 53), dialectus Cretica vulgari usus est semivocalis epenthesi. — *ὦροι* Ven. 20. 22; 2561[b], 58 (restit. v. 65 pro *ΘΡΟΙ*), Ahrensio quidem p. 584, cui unus solummodo locus (2561[b]) in promptu fuerit, suspectum, ex *ϝόρος* sive *ὄρϝος* prodiisse docent Ionum *οὖρος*, Corcyraeorum *ὄρϝος* v. *ὄρβος* in titt. Corcyr., quos vid. in C. I. nr. 1909, Kirchhoff. Stud. z. Gesch. d. gr. Alph. p. 79 sq., Wachsmuth. Nov. Mus. Rhen. VIII, 575, Curt. 516. Atque eodem pertinet *ὠρεῖα* in tit. 2554, 195, quod in tit. Drer. 52 *οὔρκια* [1]) legimus. vel lapicidae errore pro *οὐρεῖα* scriptum vel eodem modo natum quo *ὀδολκαί* pro *ὀδολαί*, vid. p. 11.

4. Incertae originis, quamquam non aliena videntur ab eis quae modo tractavi, vocabula sunt haec, quae pleraque in servatis *η* et *ω* pro vulgaribus *ει* et *ου* conspirent cum Aeolicis:

κῆνος i. e. *κεῖνος* statuit Ahrensius p. 271, Hesychi glossa *κηροέει· ἐκεῖ Κρ.* mutata in *κηνόει κ. τ. λ.* — *τήνω = ἐκείνου* in epist. Epim. et tit. 2554, 164 (*Θήνω*). — *Κώραν* deae nomen in tit. 2567, 2, *Κωρῆτες* in titt. ex. gr. 2554, 130. 184; II, 14. 21, *κωραλίσκος· τὸ μειράκιον Κρ.* Photius, idem traditum ab Hesychio, quibus vocibus conferas *κοῦρος* fortasse profectum a *κόρϝος*, quamquam non nego alia vi vocalem potuisse augeri, vid. Curt. p. 145 et eiusdem Studien I p. 249 sq. — *δῶλα· ὦτα Κρ.* Hes., quae glossa cum antecedat glossis *δωλέν[ν]ετος· ὑπόβλητος* — *δωλοδομεῖς· οἰκογενεῖς*, ipsa quidem emendari vix potest, id tamen probare videtur, Cretas *δῶλος* dixisse pro *δοῦλος* vulgari, vid. Hey p. 25, Ahr. Dor. 163. [2])

5. Denique singulare est *ὦν = οὖν*, quod reperimus in tit. 3053 A, 11, cum *οὖν* sit in tit. 2556, 22, vid. Ahr. Dor. 167.

§. 10.

De syllabis finalibus non productis.

Doriensium nonnulli, Cretensium plerique singulari et prorsus diversa ab ea, quam modo inlustravi, usi sunt ratione in tractandis vocum, quae in *ν* vel *σ* desinunt, syllabis finalibus. In quibus syllabis si vocalis vel consona elisa erat, non produxerunt vocalem quae remansit, sed brevem servaverunt. Quod testantur:

1. declinationis, quae amplectitur stirpes in vocalem exeuntes, accusativus pluralis, licet ex accusativis in — *ος* desinentibus et e grammaticorum de universa Doride testimoniis (Ahr. p. 172) concludamus, idem factum esse in accusativis, qui cadunt in — *ας*, nihil enim nos iuvant tituli, quorum plerique conscripti sint oratione pedestri. Usi autem sunt hac accusativi forma:

Apteraei (tit. V. 75.), Arcades (3052. 72.), Biannii (VII. 77.), Cydoniatae (2558. 64.), Erannii (76.), Gnosii (3053. 81, ut videtur etiam 61.), Hierapytnii (2555. 2556. II. III. IV, vulgarem Doridem sequitur tit. I), Latii (3058. 67. 74.), Lyttii (Lytt. II et III), Priansii (82. Ven.). Item fortasse Allariotae, quorum in tit. 73 alternant quidem - *ως* et - *ος* (vid. p. 31), sed non solum *ω* et *ο* saepius immutata sunt in Lebasi exemplaribus, verum etiam infinitivi et futuri formae reperiuntur breviatae. Contra in tit. Drer. quod legimus v. 95 *τός αὐτὸς θεοίς* lapicidae errori tribuere nihil ambigo. [3]) Nam huius tituli dialectus in mutanda *ο* vocali vulgarem sequitur rationem, veluti in *ποταμούς, θεούς, Δηρίους, Φιλίππου*,

---

[1]) Tit. Drer. non praebet *ω* Doricum, sed ubique exhibet *ου*. — [2]) *Δουλώτα* et *δούλως* in epist. Epim. nihil contra valere recte dicit Ahrens. — [3]) Totius tituli scribendi genus, quod Dethierio (p. 19. 447) documentum est antiquitatis, mihi lapicidam imperitissimum fuisse arguit.

τοῦ κόσμου, πολιοῖχος, Λατοῦν, οὔρανος, οὐρεύω aliis, in quibus explicandis astipulari non possum Voretzschio, qui p. 4, 5 suspicatur *ο* in accusativis ex. gr. *τὸς νόμος* pronuntiatum esse *ου* vel *ω*, item atque *ε* pro *ει* scriptum sit in infinitivi terminationibus (vid. nr. 3, 4). At in titulis sane Atticis, qui scripti sunt ab illo tempore quo acceptum est alphabetum Ionicum usque ad Olympiadem fere centesimam decimam, saepius inter se commutata sunt *ου* et *ο*, imprimis in accusativis et genetivis, in Creticis titulis non valet haec ratio, quorum titulorum plerique aetate non superent Olympiadem centesimam tricesimam quartam ob eamque caussam ubique exhibeant *ου*, ubi postulatur a Doride severiore. Ad quod cum accedat, quod Cretensium litterae antiquae ostendunt ductum Ionicum, mutationes igitur ab Ionibus factas prius receptas esse a Cretibus probant quam ab Atheniensibus, in titulo Drerio, utpote qui antiquior est quem sumamus praebere rationem sermonis vulgaris, gentis indigenae dialectum, quae cognata fuerit Doridi mitiori, servatam esse conicio. Denique *ει* sonus ubi pronuntiatus est in titulis recentioribus exprimitur litteris *ῃ* vel *η*, nusquam sola *ε* littera.[1])

2. Nominativus pluralis nominum, quae desinunt in — *ειϛ*, pro — *εις* vulgari exhibet — *ες* in *Πριανσιές*, 2556, 30, quibus tamen in formis cum in eiusdem tit. v. 46 scriptum sit *Πριανσιέες*, Cretes modo eiecisse modo retinuisse videntur *ε* vocalem.

3. Infinitivus praes. act. in — *ειν* vulgo desinens in titulis, qui dialectum accuratius servaverunt in — *εν* exit [2]) veluti *φέρεν* 2555, 24, *τίκτεν* 2555. 25; Ven. 73, *σπείρεν*, *ἀναγινώσκεν* 2556. 18. 42, *ὑπάρχεν* 2558, 6; III, 9; nonnunquam etiam in titulis, qui maiorem partem praebent formas vulgares, sed eas corrigendas, sic *ἀναγινώσκεν*, *ἐξορκίζεν* 2554, 34. 35, *χαίρεν*, *διαφυλάττεν* [3]) 2557 B, 2. 7, *διαφυλάδεν*, *συνεπαίξεν* 65, 11 (3050, 11), *διαφυλάσσεν* 75, 37, *συναίξεν* 64, 12; 72, 14; 73, 14; 74, 13. In titulo vero Drerio, de quo modo dixi, vulgares reperiuntur formae, item in tit. I, in quo Rhodiorum dialectus praevalere videtur.

4. Infinitivi, qui contractione adhibita vulgo exeunt in — *εῖν*, syllabam — *εν* exhibent eiecto *ε* antecedente, ut in *Πριανσιές* nomine. Cuiusmodi exempla sunt:

a) verborum quae contracta dicuntur, infinitivus, veluti *ἀδικέν* IV, 3, *ἀγχωρέν*, *ἐπιχωρέν* Gort. 10. 6, in quo quidem titulo *ε* et *η* uno solummodo utuntur signo, sed — *εν* clausula cum universa Gortyniorum ratione congruere mihi videtur.[4])

b) aoristi II infinitivus — *εν* offert in *ἐξελέν* 2555, 9; II, 6, *ἐνβαλέν* 2555, 9, quibus conferas Homericum infin. — *εειν*.

5. Praepositionis *εἰς*, quam ex *ἐνς* natam esse constat, apud Cretas forma usitatissima erat *ἐς*.

6. Denique singulare est *ἐπεστάτον* = *ἐπεστάτεον* (— *ουν* vel — *ων*) in tit. III, 6, quod utrum syllabae finalis correptionem prodat, an eis adnumerandum sit, de quibus dixi p. 27 formis, diiudicari nequit.

Quibus omnibus perlustratis hanc statuere liceat legem: Cretensium plerique in eis formis quae continentur numeris 1—4 syllabam finalem, quae amiserat vocalem vel consonam, non produxerunt, id quod eo quoque confirmatur, quod nunquam correptae sunt in lingua Cretica vocales, quas quippe contractione longas, veluti *ω* in genetivo sing., vel ad supplendam consonam eiectam antiquissimo tempore productas esse constat, ex. gr. *ω* in *δαίμων*, *η* in *ποιμήν*. Paullo tamen pinguiorem fuisse quam vulgarem sonum *ε* et *ο* vocalium in his syllabis non negarim ob eamque caussam lubens adsentior Ahrensio (p. 31), qui perscrutatus varias accentus ponendi rationes vulgarem commendat.

§ 11.

De diphthongis.

1. *αυ* diphthongus ex *α* profecta videtur in *ϝαυξίων* civium Vaxi nomine in tit. 3050, 1. 13. 17. 23 (item 65, cum eiusdem tituli vv. 1. 2 praebeant *ϝαξίων*), quod Voretzschius p. 7

[1]) *ὑμέν* in tit. 2557 B, 25 non mutandum esse in *ὑμεῖν*, sed *ὑμέν*, planum est, conf. p. 40, Ahr. p. 260. — [2]) De syllaba infinitivi abiecta vid. Ahr. Dor. 178. — [3]) Cobetus legit *διαφύλαττεν*, quod lapicidae errori imputandum esse vere iudicat Naber. Mnem. II, 35. — [4]) Accusativi et infinitivi formae breviores reperiuntur in altera tituli Ven. parte, quae a Gortyniis et Hierapytniis exarata est.

5

non debebat revocare ad *ϝάϝαξος*,[1]) tum in *'Ραῦκος* (in tit. 3051 s. 63 et ap. scriptores) oppidi nomine a rad. *ϝακ* nato, denique in Hesychiano *λαυξία· δαρής Κρ.*, quode vid. p. 17. 26. not. 4. In quibus tamen vocibus, cum in tit. 63, 3 reperiamus *'Ρωκίους* et in tit. 76, 17. 22 *'Ερωνίων*, sed ibid. vv. 4. 36. 38. 40. 47 *'Εραννίων*, diphthongus nihil nobis indicat, nisi *α* vocalis quandam ad *ο* inclinantem pronuntiationem, ad quam exprimendam cum littera deesset, diphthongo usi sunt qui voces litteris mandaverunt. Similiter in linguae inferioris Germaniae fontibus sonum, qui medius est inter ā et ō, vocalibus ā et ō vel diphthongo au denotatum conspicimus ex. gr. in han, hon, haun, klagen, klogen, klaugen, quocum conferri idem potest sonus, quo utuntur Angli in proferendis vocabulis qualia sunt „water, false."

2. *ει* diphthongus *ι* vocalis locum obtinuit[2]) in *ἀποτεισεῖ* Drer. 161, *ἀποτεισάτω* 2554, 65; 2556, 27. 71, *ἀποτεισάντων* Drer. 130, *Εἴνατον· τόπος Λυκίας καὶ Κρήτης* Hes., *Εἴνατος· πόλις Κρήτης* Et. M. 302, 12, quod oppidi nomen item *Ἴνατος* audivit, vid. p. 8, *Εἶμαν* s. *Εἰμάλιος* in menologio Florentino[3]) pro *'Ιμάλιος*, quod ab hominibus doctis revocatum ad *ικ* radicem legimus in tit. 2556, 3, *τεῖον· ποῖον Κρ.* Hes., cui conferas pronominis *τίς* formas Aeolicas *τίω, τίοισιν*, Homer. et Herodot. *τέῳ, τέοισιν* (Ahr. Aeol. p. 127).[4]) At ex altera parte cum *ι* legamus pro *ει* vulgari in *ἱρήνας* Ven. 9. 68 et *Βιδατάς*, quod ad *εἰδέναι* revocavi p. 6, hae permutationes explicatum suum habere mihi videntur e ratione, quae intercedit inter *ει* et *ι* sonos.

3. *ει* ex *ε* prodiisse videtur in voce *σεῖφα· ψέφας*, vid. p. 21, non minus mira quam *ἐφείται* pro *ἐφέται* in Drer. 132, quod ex analogia vocis *πρειγειάς* similium formatum esse coniecit Hey p. 15.

4. *ου* productione quadam repugnante severioris Doridis legibus, quae *ω* postulant, ab *ο* profectum est in hisce paucis vocabulis: *βούτης· ὀρίγανος ὑπὸ Κυδωνιατῶν* Hes., cui conf. *βουάνη*, — *κηνούει· ἐκεῖ*, vid. p. 32., — *οὖρκια* et *οὐρεύοντι* in tit. Drer. 52. 127, conf p. 32.

5. *ευ*, quod respondet *ει* vulgari, originem ducit ab *ε* vocali in Ilithyiae nomine Cretico *'Ελεύθυια* 67, 31; 74, 35 (male Chish. in tit. 3058, 19 tradidit *'Ελεύθια*), siquidem recte hoc nomen derivatur a stirpe *ἐλυθ* (*ἐλήλυθα*),[5]) cui addas *Λεῦκη*, montes Cretici, et *βρεῦκος*, locustae apud Cretenses nomen, testibus Hesychio et lexicographo in Bekk. Ann. Gr. p. 223, 30, profecta a radicibus *λυκ* „lucere" et *βρυκ* „vorare" (Curt. p. 147. 60), item atque *Τεῦκρος* a rad. *τυκ*, *φεύγω* a rad. *φυγ*, alia.[6]) Iam hinc emendandum est *'Ελευσίναν* in tit. 2554, 182, quod mutetur in *'Ελευθυιαν* vel *'Ελεύσιαν*, conf. p. 12.

6. Ex eadem vocali natum est *οι* diphthongus in *Ποίτιον* Drer. 24 pro *Πύθιον*, quocum componas Hesychiana *γεροίιαν· πάππον Κρ.*, quod male ex *γέρονταν* ortum habet Hey p. 51, cum explicetur altera glossa *γερύτας· γέρων*, — *δροιόν· καλόν* (*κᾶλον* probe mutat Hey p. 20) *Κρ.*, quod a *δρῦς* natum esse nemo non videt. E quibus discimus Cretenses, posteriore sane tempore, *οι* diphthongum similiter pronuntiasse atque Boeotos, de quorum more scribendi *υ* pro *οι* vid. Ahr. Aeol. p. 191 sq., nec aliena videtur fuisse haec pronuntiatio a linguis Laconum, qui *Κάροια, Ποίθιοι* dixerint auctoribus Photio et Stephano Byz., et Lyciorum, in quorum tit. C. I. 4232, 5, legatur *ποιαλίδα*, conf. Ahr. Dor. p. 566, Voretzsch. p. 16.

7. *αι* pro *ει* vulgari conspicitur in *ἄναιρον*, vid. p. 24, in quo *αι* ex antiquitate servatum esse conlato *ὄναρ* facile est intellectu, et in *αἰ* particula, quam vid. § 16.

8. *ου* diphthongo pro *ευ* Cretica sola dialectus utitur in *ψουδία· ψευδῆ Κρ.* Suid. et Phot., vid. p. 25, et in verbis *ἐξοδούσαντες* et *βωλουομέναις* tit. 2556, 53. 74, ceteris titulis (2554. 2555. 2558. Drer.) *βωλεύω* praebentibus.[7])

[1]) Vid. Schmidt in Kuhni diar. XII, 215, Curt. p. 504. — [2]) Conf. Ahr. Dor. 184. — [3]) Hoeck Kreta III p. 444, Hermann Gr. Antiqu. II § 67, 34. — [4]) *Ελα[ρα]πύτνας* vero in tit. IV, 6 abbati Italo, *γείνεσθαι* in tit. 2562, 17 dialecto vulgari ascribas, item quae produnt contrarium: *ἰσαγέτω, πρυ]τανίᾳ, πόλι* in titt. rec. Spratt. tab. I, 21, 14. II, 11, 7. 4. — [5]) Aliter explicat Gerhard. Griech. Myth. I p. 117, secutus Welckeram. — [6]) Errat Hey p. 26, quod conferens *βροῦκος* s. *βροῦχος* in *βρεῦκος ευ* ex *ου* natum esse contendit. — [7]) *σπευδῆς* in tit. 72, 19 Teiam est.

9. ι vocalis diphthongi, ut in universum apud Graecos in vocabulis usitatissimis, [1]) sic in Cretensium lingua nonnunquam omissa est ante vocalem subsequentem. [2]) Cuius rei exempla haec sunt:

ἀτέλεα = *ἀτέλεια*, tit. 2556, 23, *ἀτερέας* Spratt. I, 21, 14, — *ὑγιέᾳ* = *ὑγιείᾳ* 2557 B, 24 (ubi Cobetus quidem, Mnem. II p. 36, legit *ὑγιείᾳ*), — *ἀγελάοι* = *ἀγελαῖοι*, Drer. 11, sed ibid. v. 18 *ἀγοραῖον*, 19 *Ταλλαῖον*, Ven. 43 (*ἀγελ|άος*), quo sanari potet Hesychi gl. *ἀγελά(στ)ους· ἐφήβους Κρ.* — *ἐπόει* = *ἐποίει*, in num. Cydon. ap. Mionnet. II, 271, Eckhel. II, 309, v. Sallet l. l.

Contra ι additum est in *ἐλαίαν*, Drer. 156, Attico *ἐλάα*.

Haec de diphthongis, quarum ut nonnullae mutationes minus sint apertae, natura fert. [3])

§ 12.

De formis solutis et contractis.

I. Formae solutae.

Boeckhius in Corp. Inscr. Gr. II p. 402 Cretas amantiores fuisse dicit formarum solutarum, hoc est saepenumero non contraxisse vocales concurrentes, quae vulgo coalescerent, a quo more differt Lesbius distrahendarum diphthongorum. Quam sententiam quamquam formae contractae et eae saepe, ut videbimus, vulgares frequentiores leguntur quam solutae, in universum probare non dubito. Nam fontes dialecti Cret. cum eius sint condicionis, quae saepius formas genuinas ab eis, quae posteriore tempore irrepserint in dialectum, discerni non sinat, e formis solutis quas haud raro reperimus in illis fontibus concludere licet, latissime patuisse earum rationem in genuina et antiquiore dialecto. Sed duo sunt genera:

1. Alterum genus, quod diaeresis vulgo dicitur, eas amplectitur formas, in quibus diphthongi vulgaris prior vocalis producta est [4]), qualia habes:

ἀνδρήϊον 2554, 52; 2556, 38, cui conferas Hes. glossam *ἀνδρεῖα· ἰσχύς. καὶ τὰ συσσίτια Κρητῶν*, in qua confudit auctor *ἀνδρεία* et *ἀνδρήϊα* s. *ἀνδρεῖα*, — *Ἀωρήϊαν* 2554, 136, — *Δρομηΐῳ* 2556 4, vulgo *Δρομαῖον*, vid. Hoeck. Kreta III, 443, — *Θιήϊον*, quod vid. p. 25, — *λαισήϊον* scol. Hybr. 2. 7, — *οἰκήϊος* III, 13, [5]) — *πορηΐῳ* 2556, 29, — *πρειγήϊα* ibid., — *πρυτανήϊον* 2554, 51; III, 15, — *χρήϊα* Drer. 84; Hes. *χρήϊα· χρήματα*.

In quibus vocibus non temere sed propter consonam explosam ε productum esse docent *Θιήϊον, πρυτανήϊον, πρειγήϊον, πορήϊον, χρήϊον*, utpote quae natae sunt ex *Θεϝέϊον, πρυτανέϝιον, πρειγέϝιον, πορέϝιον* (conf. Hes. *πορείς*), *χρεέσιον*. Sed eadem fortasse ratio agnoscenda est in nomine, quo servi publici apud Cretas appellati sunt, *μνωΐα, μνῴα, μνοία*, [6]) latente quidem eius origine. [7]) Ceterum formae vulgares *ἀρχεῖον, πρείγεια, πρυτανεῖον* aliae reperiuntur in eisdem titt. 2554. 2556. III. Drer. et in titt. I. II. III. 77.

2. Alterum genus continet formas, quae vocales vulgo contractas exhibent integras. Quo pertinent:

a) ex nominum, pronominum, verborum flexura haec:

α) εο et εω in verbis contractis, quae eadem ιο praebere et ιω vidimus p. 26, *ἀδικέομεν* 75, 39, — *ἐπαινέομεν*, — *παρεκάλεον*, 80, 43. 16, — *ἐρευνέοντες*, — *εὐορκέοντι*, — *ἐφορκέοντι*, — *πολεμέοντας*, — *πωλέοντα*, — *ὠνεόμενον* 2554, 58. 202. 203. 20. 71. 72, — *κοσμέοντες*, — *προαιρεομένοι* 72, 40. 26 (quae dubia sunt, vid. § 17), — *ἀλγέοντι* Epim. epist., — *φωνέοντες* Hybr. 10, ubi v. 9 ne restituas cum Dindorfio *προσκυνεῦντι*,

[1]) Memineris ex. gr. *ποεῖν, τοοῦτος, ὑός*. — [2]) Conf. Christ. Lautl. p. 47. — [3]) Cohaerere quaedam videntur cum diphthongorum pronuntiandarum ratione, de qua vid. Curt. Erlaeut. p. 17 sqq. — [4]) Notum est hoc genus apud Ionas. — [5]) Doricum dicitur in Ann. Ox. II, 244, 28. — [6]) Vid. Schmidti not. ad Hes. gl. *μνῴα· δουλεία*. — [7]) Coraes ad Strab. XII, 3, 4, Goettling. ad Arist. Polit. p. 453, Schoemann. Antiqu. iuris publ. Gr. IV p. 151 not. 3 *μνωΐα* ad Minois nomen revocant, non recte si quid video, conf. etiam Hermann. Lehrb. d. gr. Staatsalterth. I p. 85.

sed *προσκυνέοντι*, — *πολεμέων* 2554, 193, — *πολεμέωσιν* 3052, 26, — *πατέω* Hybr. 4,[1]) et in verbi *εἰμί* formis: *ἐόντα* 73, 21, — *ἐόντες* IV, 12; VII, 10, — *ἐόντας* 75, 44, — *ἐόντων* I, 36, — *ἔωμεν* 3048, 32; 3052, 26; VII, 2, — *ἔωντι* 2556, 14, — *ἐῶσα* IV, 4, — *ἐώσας* 2556, 24, — *ἐῦσι* 73, 19. Tum *εο* legimus in genetivis ex. gr. *τεμένεος* 2554, 164, — *Ἄρεος* VII, 11; 77, 24, — *τεόρ*, vid. p. 19, denique *εω* in adiectivorum et pronominum genetivis plur. *ἐπιτελέων* I, 5, — *συγγενέων* 76, 21, — *ὑμέων* 72, 30. 75, 4.

β) *εα* in nominum, quae in *ης* desinentia ad tertiam quae dicitur spectant declinationem, accusativis, veluti *Ἄρεα* in titt. ex. gr. 2554. 2555, — *Ἀτερέα· ὄρος. γοργὸν Κρ.* Hes., — *συγγενέα* 64, 18, — *συγγενέας* 75, 39, nec dubito, quin nomina neutra pluralis terminationem habuerint — *εα*. Sed falso Cretibus impertiri puto *κρῆ* pro *κρέα*, quod legitur ap. Greg. Cor. p. 359 et Gramm. Meerm. p. 659 (ed. Schaefer). Nam ab illo Creticum tantum dicitur *αἰές* p. 345, quae secuntur omnino Dorica sunt e Theocriti idylliis imprimis conlecta.

γ) *εε* servata sunt in nom. plur. *Πριανσιέες* 2556, 46[2]) et in *νεέσθαι* 2555, 25 quae singularis est forma, cum in coniugatione *εε* coalescant.

δ) *εη* soluta apparent in *ἐμβέη* 2554, 15, aliis locis omnibus contracta.

ε) *ια*, *ιε* integra leguntur in *ἐμμάνιας*, *πόλιας*, *πόλιες*, *πρυτάνιες*, vid. p. 27, quamquam non desunt in titulis vel melioribus formae vulgares.

ζ) *οα*, *οο*, *οω* non coaluerunt in hisce: *τὸν ῥόον* 2554, 157; Ven. 21, — *τὰ διπλόα* Drer. 130, — *εὔνοοι* 3052, 5, — *εὐνόως* 3048, 21; 3052, 15, — *ἁπλόως* 2554, 12. 191; 2555, 16; II, 22; Ven. 8. 65; sed reperiuntur formae vulgares in titulis deterioribus, veluti *ἔξαπλα* 2554, 65, *εὖνοι*, *εὔνους* I, 59. 11.

η) *οε* integra sunt in nominum quae desinunt in — *οεις* formationibus: *Ἀρκευθόεντα*, — *Σπινόεντα*, — *Πρινοέσσας* 2554, 135. 139. 141, — *Βολόεντα* Lytt. III, 11, *Βολοεντίος* Lytt. II, 10.

b) Denique singula, quae non passa sunt contractionem, adfero:

αω in *τάως· τέως Κρ.* Hes., vid. p. 24, — *δικαῶσι* 2554, 66, quod quidem in disceptationem vocavit Ahrens. p. 292, cum in nominum et verborum flexura *αο*, *αοι*, *αω* ubique coaluerint, excepto fortasse *Βιδαιᾶο*, quode vid. p. 6.

εο in *νεομηνία*, quod Cretensibus addicitur in Procli comment. ad Crat. c. 83 his verbis: *Νουμηνίαν μὲν Ἀττικοί φασι, νεομηνίαν δὲ Κρῆτες* (conf. Boisson. ad Greg. Cor. p. 354 ed. Schaefer) et idem in tit. Drer. 145 scribendum est pro *νεμονηΐᾳ*. Non enim persuaserunt mihi Dethier. p. 25 (453) et Hey p. 22, qui *νεμονηΐᾳ* a *νέμω* vel *νεμόνη* nomine ab hoc verbo ducto derivatum putant, hic ut significet sedes novas, ille ut sit magistratus denominatio.

II. De contractione.

In contrahendis vocalibus Doris severior certas sequitur leges, quae si in titulis Teio-Creticis, Drerio, eis, quos continet Boeckhi C. I. Gr. inde a nr. 2562, itemque in titulis 2554, 2557 B saepius servatae non sunt, in his formae vulgares quae leguntur incuriae describentium debentur, in illis mutationi cuidam dialecti, in quam inrepserit vulgaris vel aliarum gentium lingua. Sed haec accipe:

A. *α* cum vocalibus proximis contractum:

1. *αε* utrum in verborum flexura coaluerint in *α* an in *η*, ut apud ceteros Dorienses, non sinit exemplorum penuria discerni nec iuvat nos, quod apud Hesychium legitur *δαιμονητιᾷ· δαιμονίζεται Κρ.* Nam haec non sola est glossa, in qua satis fuit Hesychio dedisse vocabuli formationem a vulgari diversam, ut nostro loco *δαιμονητιάω* pro vulgari *δαιμονάω*, neglectis declinationis et coniugationis terminationibus, quae propriae sunt dialecti.

Rationem vulgarem sequitur *Ἅλιος* ex *Ἀέλιος* natum, Drer. 28, et *Ἁλιαίον* ibid. 108.

---

[1]) De quibus conf. etiam § 17. — [2]) Vulgares sane formae non desunt in titulis minoris fidei.

2. αη in coniunctivo verborum in μι exeuntium α efficiunt, veluti ξυνιθθᾶ Ven. 67, σιστᾶ I, 35, quo confirmantur quae de hac contractione disputavit Ahr. Dor. 313.

3. in αο et αω contrahendis α primas partes agit, exceptis coniugationis in — ω persona prima et verbis monosyllabis, in quibus contrahuntur in ω. Sic α legitur:

a) in genetivo plurali declinationis, cuius stirpes exeunt in α, usque ad tempora recentissima, veluti τῶν πολιατᾶν Gort. 14, τᾶν ναπᾶν 2554, 113, Κυδωνιατᾶν et Κυδωνεατᾶν in tit. 3055, 1. 2 (64), in nummis, qui Augusti et Tiberi tempore signati sunt, ap. Eckhel. II, 302 sq., Mionnet. II, 272 sq., et in genetivo nominum masculinorum, quae eandem secuntur declinationem, ex. gr. Ἑρμᾶ, Χερηϊάδα 2554, 115. 207, Ἀριστώνδα I, 101, Περδίκκα τῶ πρειγευτᾶ 3050, 12. 13 (65); 3048, 19 (70), in quibus α ex αο natum docet dialectus Boeotica (Ahr. Aeol. 203) et τῶ Βιδατᾶο Creticum, vid. p. 6.

b) in verborum in — μι coniunctivo, ex. gr. ἐπιστᾶντι 2556, 68, ἀποστᾶντι Drer. 105, ἰσᾶντι 3053, 11, δυνάμαι Drer. 42, quam ob rem laudandus est Bergmannus, qui in Ven. 54 ex κα μὴ ἰθθοντι restituerit κα μὴ ἰθθᾶντι; atque item in Hybr. scol. 6 τολμᾶντι scribo pro τολμῶντι.

c) in nominibus, quae antiquo tempore desinebant in αων, veluti Ποσειδᾶν (= Ποσειδάονα) 2554, 179, unde corrigas Ποσειδῶνος ibid. 93.

B. ε quomodo coaluerit cum vocalibus proximis quaeritur.

1. εα raro passa sunt contractionem, quam si patiuntur in η convertuntur, veluti in Μενεκλῆν 3052, 7. 35. 31 (quo loco Lebas 80, 49 praebet Μενεκλῆ, Boeckh. Μενεκλέα); 3053 A, 15; 76, 6 (ibid. 43 Μενεκλέα); 77, 6. 34; 82, 15 et Ἀ[γα]θοκλῆν 2558, 4; Spratt. tab. II, 12, quae formae produnt vulgarem posterioris temporis rationem, qua nomina propria in — κλῆς accusativum habebant in — κλῆν desinentem. Incertum est τριή[ρ]η I, 72.

2. εε ex severioris Doridis lege in η, e mitioris in ει coniunguntur, quorum utrumque in fontibus dialecti Creticae reperitur, et

a) η quidem pro εε in Κλησθένης 2558, 2, — Κλήσιππος Spratt. tab. I, 10, 4, — καταϝηλμένων Gort. 13, vid. p. 5, — ἐπιτραψῆν Ven. 12. 14, — κα[θ]εξῆν ibid. 70. 85.

b) ει ex εε natum in ἀποδείσαι Drer. 159, — ἐσσεῖται epist. Epim., — εἶχον ibid. et saepius in titulis Teio-Creticis; sed mutanda fortasse sunt ἐσσεῖται et εἶχον. Diversum ab his est ἀποϝειπάθθω in Gort. 11, quod, cum Aeolica quoque dialectus prae se ferat ει (Ahr. p. 31 ϝείπην), Boeotica ι (Ahr. 189 ϝῖπον), ad antiquissimam contractionem referendum esse apparet.

3. Mirum εε contrahendorum genus, quo eicitur ε alterum, exhibent συντελέσθαι (futuri infinitivus) Drer. 69, — τελέται 2556, 67, — ἀνανέσαι· καιαστῆσαι Κρ. Hesych.

4. εη in η nec minus εῃ in ῃ ut coalescant natura fert, quare ad inlustrandum pauca sufficiant exempla haecce: ἀφαιλῆται Ven. 83, — παραιρῆται I, 68. 82, — τεθῇ 2556, 62, — συνδοχῇ 2557 B, 20.

5. εο triplici contractionis utuntur ratione: [1])

a) in ω, antiquissima sane et genuina, ad quam pertinent: ἐπαινῶμεν 73, 21, — εὐχαριστῶμες 2557 B, 26, — παρακαλώμενα 73, 14, — ὠνωμένος 2556, 15, sed vid. § 17.

b) in ευ, quam rationem ab Ionibus recepisse videntur Cretenses item ut ceterarum insularum incolae Dorienses. [2]) Prima enim vestigia vocalium εο in ευ conversarum reperiuntur in titulis, qui continent foedera a Cretibus icta cum Teiis et Rhodiis exeunte saeculo a. Chr. tertio. Cum Teiis, ut cognovimus ex illis titulis, vetus erat Cretibus amicitia, Rhodus mercatura florens latronum Creticorum caussa cum singulis Cretae oppidis foedera iniisse videtur, quorum unum relicuum Naberus edidit. Produnt autem hanc contractionem:

α) verborum contractorum formae εὐορκεῦντι et τελεύμενα I, 90. 71 (Hier. Rhod.), quibus conferas ποιεῦνται in tit. Rhodio, Revue Archéol. vol. VIII fasc. 3.

---

[1]) De εο et εω vid. p. 26. — [2]) Vid. Ahr. Dor. 214.

β) genetivus nominum in — ης desinentium, veluti *Εὐκράτευς*, Rhodii nomen, 3047, 14 et *Ἐπιφάνευς* in recenti, ut videtur, titulo quem ediderunt Thénon in diari Revue Archéol. vol. VI p. 422,[1] Spratt. II, 215.

γ) nomina cum *νεο* — et *κλεο* — composita haecce: *Κλευμενίδας*, in titt. Lyttiis recent. 2573—2575, Spratt. tab. I, 9, 12, et *νευμηνία* 3052, 2 (79, 2).

Plura exempla adferre titulorum penuria prohibeor, sed quam late patuerit haec ratio in mitiore Doride saeculo a. Chr. primo, exempla docent fere innumera in titulis Delphicis editis a Weschero et Foncartio, ad quod saeculum item spectant grammaticorum de *ευ* pro *εο* apud Dorienses testimonia, quae videas ap. Ahr. Dor. 213 sq. 569.

c) denique vulgaris in *ου* contractio conspicitur in epist. Epim. et in titt. I. II.

6. *εω* consentaneum est ut contrahantur in *ω*, quod factum est in futuri persona prima, ex. gr. *εὐνοησῶ*, *ἑξῶ*, *διωσῶ*, *ἐμμενῶ*, *κακοτεχνησῶ*, *ἐπιτραψῶ* 2555, 15. 17. 18. 19. 21, tum nonnunquam in verborum contractorum participiis et coniunctivis, veluti *εὐορκῶσι* 2555, 25; II, 18. 24, *ἀδικῶσιν* 3052, 19, *πολεμῶσιν* 77, 29, *ἀδικώντι* 75, 42, *παραιρῶνται* 3052, 25 (80, 39), *ποιῶνται* 81, 19, deinde in genetivo pronominum *ἀμές* et *ὑμές*, exceptis *ἀμίων* 3047, 26 et *ὑμέων* (p. 36), denique in genetivo adiectivi *ἥμισυς*, qui est *ἡμίσων* (vel *ἡμίσσων*) I, 20.

7. ut vulgo *ε* ante *οι* diphthongum positum evanuit in optativo, qui Atticus dicitur, ex. gr. *ἀδικοίη* 2556, 46.

C. *οε* et *οο* contracta

1. *οε* in *ω* contracta sunt ex genuinae Doridis lege in *δουλώται* epist. Epim., contra vulgarem linguam sequitur *ἐλάσσους* I, 20.

Singularia sunt *Ὀλόντι*, *Ὀλόντα*, *Ὀλοντίοι* al. 2554, 7. 79. 3. 43 al. *Ὀλοντίων* in nummis ap. Mionn. II, 289, quae contractione quadam nata sunt ex *Ὀλόεντι* al. Sed *ο* vocalis sonum similem fuisse *ω* sono probe animadvertit Voretzsch. p. 5 et in diar. Herm. IV, 270.

2. *οο* in *ω* coaluerunt

a) in genetivo singulari nominum quorum stirpes in *ο* desinunt vocalem. Quae contractio quoniam in omnibus titulis, etiam minoris fidei, nec minus in epistula Epimenidis et in Hybriae scolio conspicitur, non opus est exemplis, sed nominandus est titulus Drerius, qui *ου* exhibeat.

b) in verbis, quae in *οω* exeunt, quod demonstrent *ἀνανεωμένων*, *ἀξιώντων* III, 3. 4, *καθιερωμέναν* 3052, 25 (80, 39); 76, 33; 77, 11. 27, *κλαρώντων* Ven. 50.

c) idem quin factum sit in nominibus compositis non dubito, quamquam *ου* praebent Drer. 23 in *Πολιοῖχον* et 2554, 17 in *φρούρια* ex *πολιόοχον* et *προόρια* contractis.

D. His vocalium contrahendarum variis modis et rationibus crasin addo, quae quomodo coalescant vocum concurrentium vocales ostendit.

Cretenses[2]) crasin nisi in coniunctione *καί*, abiecta *ι* vocali, et in articulo non admiserunt. Exempla quae doceant rationem, haec subsecuntur:

1. *α* — *α* in *α* coaluerunt, veluti in *κἀφροδίταν* Ven. 79, *κἄρτεμιν* 2554, 181, *χἀ* Ven. 25, *κἀγαθά* Drer. 93; II, 19. 25, *καί* vel *κἀ* 2554, 15, *τἄλλα* 2554, 66. 216; 2556 16 al., *τἀῤῥητα* 2554, 80, *ταὐτά* 2556, 26; Drer. 136 al.

2. *α* — *ε* Dorice fiunt *η*, ex. gr. *κἠπί*, *κἠς* 2554, 107. 119. 120 etc.; Ven. 19. 23. 27, *κἠπαινίομεν* 71, 22 (3047 *κἠπαινέομεν*). Vulgaris forma *τἀμά* legitur in Drer. 84.

3. *α* — *ι* mirifice in *ι* contracta apparent in *κἴωμεν* 61, 3; 74, 27 (3048, 12) et *χἰλέοι* Ven. 75, quibus confirmatur *χἰππίδια* in Epicharmi fragm. 50, adhuc suspectum, vid. Ahr. Dor. 221.

4. *α* — *ο* praeter opinionem in *ω* coniunguntur in *κῴ* = *καὶ οἱ* et *κὼ* = *καὶ ὁ*, neglecta aspiratione, Ven. 15. 69.

---

[1]) In titulorum minorum, qui hoc diario continentur, aetatem inquirentes valde impedit, quod editores non reddunt eorum litteras genuinas, sed ad omnes edendos eodem utuntur litterarum ductu. — [2]) De Doribus in universum vid. Ahr. p. 220 sqq.

5. ω — α fiunt ω: τώσύλω 2557 B, 4.
6. ο — ο in ου coaluerunt ratione vulgari in τοὔνομα Drer. 120.
Sed haec de vocalium singularum et consonarum mutationibus, iam ad nominum, pronominum, verborum flexuram transeamus.

§ 13.

De declinatione.

In declinatione Cretica inlustranda, utpote quae concinit cum Dorica ab Ahrensio p. 222 sqq. accurate explorata, non multis opus est: paradigmata, quae severioris Doridis rationem indicant, ad Creticam referas linguam. Nam quamquam non omnes nominum substantivorum, adiectivorum, pronominum formae in fontibus Creticis reperiuntur, non discrepant tamen quae exstant a Doride severiore. Quare proposito satisfacere mihi videor adnotans, si qua recedunt a Doride, vel in titulis leguntur, qui Ahrensio non praesto erant; saepius etiam sufficiet recurrisse ad ea quae in paragraphis antecedentibus tractavi.

I. De nominibus substantivis et adiectivis.

A. Declinatio nominum, quorum stirpes exeunt in vocales α et ο.[1])

1. Nominum masculinorum in — ας formam breviorem praebet λάττα = λάκτης, vid. p. 17. 22, fortasse etiam Θάπτα, p. 15, conf. Voretzsch. p. 11 et Theocriteum ἱυκτά, quod attuli p. 7, Ahrensio quidem p. 224 negante, hasce formas esse Doricas.

De genetivi clausula soluta αο in τιῶ Βιδατᾶο dixi p. 6. 36.

2. Dativus pluralis forma adaucta, quam primos Dorienses breviasse constat, reperitur in Drer. 124. 135 ἑταιρείαισιν. Contra antiquiorem dialectum haud dubie imitatus est auctor epistulae Epim. forma, quam hoc loco adferre mihi liceat, Θητευόντεσσι, vid. Ahr. p. 230.

3. Accusativi pluralis triplices sunt terminationes in ονς, ανς, ως ($\bar{α}ς$), ος ($\breve{α}ς$), quarum prima Cretensium et Argivorum propria fuit, altera omnium Doriensium, tertia Cretensium et Cyrenaeorum, vid. p. 18 sqq. 31. 32. Stirpium in α accusativos in $\bar{α}ς$ et $\breve{α}ς$ exiisse ex ως et ος formis concludi certe potest. De tit. Drerio vid. p. 32 sq.

4. Locativos adverbiales adfero: ἐν Πριανσιοῖ 2556, 3. 38, Λεττοῖ II, 3, Ὠλεροῖ ibid. 11, quibus addo stirpis, quae in consonam desinit, locativum Γόρτυνι Ven. 59.

5. Declinatio quae dicitur Attica non reperitur, sed ex. gr. ἵλεος in multis titulis, τῶ λα[ῶ in Gort. 12, ναῷ 2554, 93, sequi tamen eam videtur Τάλως cursoris Cretensis nomen.

B. Declinatio nominum, quorum stirpes in consonas et vocales ι, υ, ο, ω et diphthongos exeunt.[2])

1. Nominum in — ος et — ης desinentium genetivus sing. praeter — εος exhibet — ιος in τίριος voce, quam vid. p. 16. 25. 26, et recentiorem formam contractam — ευς, vid. p. 38. Accusativus sing. masc. et genetivus plur. neutrorum saepius utuntur — εα terminatione, sed — ια in Κρητ[α]γενία et ψουδία, p. 25.

2. Nomina propria cum κλέος composita accusativo addunt ν, ut fiat — κλῆν, vid. p. 37, qua ratione in stirpibus quae consona clausae erant Graecos recentiores inde a saeculo p. Chr. tertio usos esse nemo ignorat.[3]) Minime vero huc pertinent quae commemorat Hey p. 49 not., γεροίταν et δίφαν, cum profecta sint a nominativis γεροίτας, δίφας, et δίβαν, quod corruptum dixi p. 14, et Γόρτυναν, quippe quod a Stephano Byz. prodatur his verbis: φασὶ δὲ τὴν αἰτιατικὴν (Γόρτυς nominis) οἱ μὲν δισυλλάβως Γόρτυν, οἱ δὲ τρισυλλάβως· Γόρτυνά τε τειχιόεσσαν (Il. 3. 646), οἱ δὲ Γόρτυναν, ὡς ἄμυναν.

3. Summi momenti sunt accusativi ἐπιβαλλόντανς, στατήρανς (p. 19), qui, utpote solitarii in lingua Graeca, confirmant formam, quam antiquitus Graecam fuisse linguarum comparatio

---

[1]) Ahr. p. 223—228. — [2]) Ahr. p. 228—239. — [3]) Conf. Lobeck. Parall. p. 142, Keil. Schedae epigr. p. 25. 26.

adhuc docuit. Sed tamen cum Cretas eiecto *ν* vocales saepius non produxerint, errare mihi videtur Hey p. 51, quod *α* productum putat in *γυναῖκας*, *ἱμμάνιας*, *στατῆρας*, quae leguntur in titulis, ex. gr. Ven. Drer. 2554. 2555.

4. Nominum in — *ις* terminationes praeter genuinas, quas vid. p. 27, reperiuntur vulgares et genet. *πόλεος* 63, 7. 14; 65, 4. 9. 20; 66, 21 al.

5. In — *ευς* nominum omnes casus adferre licet hosce: *Πριανσιεύς* [1]) 2556, 21, — *γραμματέος* Drer. 8, — *Πριανσιεῖ* 2556, 18, — *τὸγ γραμματέα* 72, 44, *βασιλέα* Hybr. 10, — *Πριανσιέες* 2556, 46, *Πριανσιές* ibid. 30, — *Πριανσιέων* ibid. 35. 45; Ven. 33, — *Πριανσιεῦσι* 2556, 30; Ven. 6, — *Πριανσιέα[ς* Ven. 13, ad quae corrigas grammaticorum de hac declinatione testimonia, vid. Ahr. p. 237.

6) Femininorum in — *ω* exemplum sit *Λατώ* deae et oppidi nomen; huius nomen utitur dativo *Λατῷ* 2554, 4. 70, accus. *Λατών* ibid. 50. 55, illius triplicem accusativi exhibet formationem *Λατώ* 2555, 13; II, 14. 20, quae est genuina, *Λατών* 2554, 180; Lytt. II, 6 (sed genuina forma *τὰν Αἰρεπτώ* reperitur in tit. 2554, 166), *Λατοῦν* Drer. 25, ubi falso Rangab. legit *Λατοῦν*.

7) Comparativi adiectivorum exstant accusativus *ἐλάσσονς* I, 20, conf. p. 38, et genetivus *ἐλασσόνων* I, 19. 28.

8. Addo nomina anomala quae dicuntur haecce:

Ἄρης, gen. *Ἄρεος* VII, 11, acc. *Ἄρεα* 2554. 2555. II. Drer. conf. p. 36.

γυνή, acc. plur. *γυναῖκας* in titulis.

Ζεύς, nomin. *Τάν* in nummis, gen. *Τανός* in nummo, acc. *Δῆνα*, *Τᾶνα*, *Τῆνα* v. *ΤΤῆνα* in titulis, vid. p. 20. 21.

II. De pronominibus. [2])

1. Pronomina personalia et possessiva.

a) Nominativus sing. pers. primae *ἐγώ* legitur in titulis, ex. gr. 2555. Drer., secundae *τύ* in epist. Epim.

Genetivus pers. primae non reperitur, sed non dubito quin fuerit *ἐμέος* vel *ἐμέο*, [3]) item secundae *τέος* vel *τέο*, quod adfirmat Hesychi forma *τεόρ*, quade vid. p. 19.

Dativi formam genuinam *ἐμίν* exhibet Lytt. II, 11, vulgarem *μοί* Drer. 77. 90, *τοί* epist. Epim.

Accusativus *μέ* encliticus exstat in titulis, *τρέ* formam praebet Hesychius, conf. p. 8.

b) Nominativus pluralis pers. primae *ἀμές* legitur in titt. 2557 B, 15 et Drer. 102, unde *ὑμές* fuisse nominativum pers. sec. concludes.

Genetivi formas *ἀμίων* et *ὑμίων* attuli p. 27, praeterea *ὑμέων* praebent titt. 72, 30, 75, 4, sed formas vulgares *ἀμῶν* et *ὑμῶν* plerique titulorum Teio-Creticorum.

Dativi formae *ἀμίν* et *ὑμίν* in titulis sunt, ex. gr. Ven. 2555. III. 3052. 3058. 2557 B, 25 (in quo *ὑμέν* mutandum esse in *ὑμίν* commemoravi p. 33 not. 1).

Accusativum *ἀμέ* videas in titulis, *ὑμᾶς* vero in tit. 77, 24 Teiis debetur.

c) Pronomina possessiva leguntur *ἐμός* Drer. 84, Hybr. v. 8, quo loco Hermannus, Staatsalt. I, 85 contra librorum auctoritatem scripsit *ἀμόν*, tum *ἁμός* et *ὑμός* formae coartatae in titulis.

2. Pronomen demonstrativum sive articulus. [4])

Nominativus plur. *τοί* reperitur in Hybr. scolio et in Epimenidis epistula, in tit. I alternant *οἱ* et *τοί*, quorum alterum Rhodiis addicere nihil dubito, conf. Ahr. p. 265; in ceteris titulis *οἱ* et *αἱ* leguntur.

---

[1]) Ad alteram formam *Πριάνσιος* referendum est *Πριανσίων* 3057, 1. 2 (82). Ceterum hic monitum volo *Πρίανσος* oppidum diversum esse a *Πραῖσος* s. *Πρίαισος*, quodo vid. Ahr. Dor. 105, Pashley. I, 290, Spratt. I, 154 sq., Hey. p. 51. — [2]) Ahr. 247—278. — [3]) Ahrensius p. 251 conlatis formis, quibus usus est Rhinthon, *ἐμίο*, *ἐμίος*, *τίως*, *τίω* etc. easdem Creticas esse putat, cum Cretes *ε* in *ι* mutaverint; cui repugnat mutationis ratio, quam statui p. 26. — [4]) De cuius formis in universum vid. Ahr. p. 264 sq.

Accusativus pluralis, qui rationem sequitur nominum substantivorum, desinit in *τόνς, τάνς, τώς, τάς, τός*, vid. p. 18 sq., 31 sq.

3. Pronomina *κῆνος* et *τῆνος* (*θήνω*) attuli p. 14. 32.

4. Pronomen *αὐτός*, quod non discrepat a vulgari, ad vim eius augendam geminabant Dores dicentes *αὐτὸς αὐτός*, veluti in titulis Delphicis, quos ediderunt Wescher et Foucart, 86. 131. 134. 190 etc. *αὐτὸς αὐτοῦ*, 54. 83. 87. 92 etc. *αὐτὸς αὐτᾶς*, 112 *αὐτὸς αὐτῷ*, in tab. Heracl. I, 76 *αὐτὸς αὐτῶν*, ex qua iunctura duae profectae sunt formae *αὐταυτός*, quae legitur in scriptis Pseudo-Pythagoreorum, conf. Ahr. p. 273, et in titulis, vid. Keil. Schedae epigr. p. 24, et *αὖς αὐτός*,[1]) quam exhibent eidem tituli Delphici, ex. gr. *αὖς αὐτόν* 31, *αὖς αὐτοῦ* 126, *αὖς αὐτᾶς* 136. 137. 202. 420. Iam eandem formam habemus in tit. 2566, *αὖς αὐτᾶς*, et in Hesychi glossa *αὖς· αὐτὸς Κρ.*, quam corrigas *αὖς αὐτός· αὐτός*.

5. Pronomini relativo et *τ* est in fronte et spiritus asper, excepto nominativo sing., qui ubique praebet spiritum asperum, exempli gratia adfero: *χώρας τᾶς ἀμφὶ μαχόμεθα, ἀφ' ἇς κα ἁμέρας, τὸν αὐτὸν ὅρκον τόνπερ, τοὺς*] *θεοὺς τοὺς* [*ὤμοσα* Drer. 150. 120. 101. 91, *νῦν δὲ οἱ κακὸς ἄνδρας δουλώσαντα τοὶ μεμναμένοι* epist. Epim.

6. Pronomen interrogativum et indefinitum *τίς* non recedit a ratione vulgari; posterioris temporis videtur esse *τεῖον*, quod attuli p. 34.

III. Nomina numeralia, quorum pauca reperiuntur in fontibus dialecti Creticae, non differunt a vulgaribus excepto *πρᾶτος*, quode vid. p. 31.

§ 14.

De coniugatione.

I. Systematum formatio.[2])

1. Praesens stirpium in *νυ* adamasse coniugationem in *ω* demonstrant *ὀμνύω* II. 2555. 2556. Ven. 2554 (ubi Meursius qui in operis „Creta" p. 42 narrat, missam sibi esse foederis tabulam a Dominico Molino, legit *ὀμνύω* p. 198, idemque Eckhel. II, 301 et Chishull) Drer. (in quo titulo alternant *ὀμνύειν* et *ὀμνύμεν*), *στανύω* 2556, *ἀποδεικνύοντες* 77, 10, titulis 3047. 3050. Drer. praebentibus *ἀποδεικνύμεν* et *ἀναδείκνυντι*.

2. Perfecti formationes omnino non recedunt a vulgaribus, sic perfecta habes reduplicatione adaucta *γεγονότα* 2554, *ὀμώμοκα* Drer., *κεκλήμαι* Hybr., *ἀποδεδέχται* 3053 alia, augmento syllabico *ἀπέσταλκαν* 3047. 3048. 3052. 3058, *ἐξεστρατεύκαντι* I, 79. Mira vero perfecti forma est *ἠγραμμέναν* II, 4, quam secutus Naberum muto in *ἐγγραμμέναν* ut *ἐν* praepositio exceperit augmentum temporale similiter atque *πρό* reduplicationis munus suscepit in *πεπρωγγύευκα* tab. Heracl. I, 117. Eadem ratione fortasse et sanari potest *ἐγραμμένῳ* in vet. tit. Elei (C. I. 11) v. 11.

3. De futuri formandi ratione, quae *σίω* antiquum suppeditet, dixi p. 26, item de futuris verborum in *ζω*, quae exhibeant *ξ*, p. 20. Contra *ἀναγνώοντι* 2554, 29 certe lapicidae vel Chishulli incuriae imputandum est, cum mos Laconicus mutandi *σ* in spiritum asperum nusquam reperiatur in dialecto Cretica.

4. Aoristum I act. et med. verborum in *ζω* pariter atque futurum exhibere *ξ* monui p. 20. In verbis *λ μ ν ρ* non mutatur *α* vocalis in *η*, sed producitur, ex. gr. in *ἀνφανάμενος* Gort. 3. 5. 11, *ε* fit *η*, veluti in *ἀποστηλάντων* III, 2, *παραγγήλωντι* 2556, 43, conf. p. 31.

5. Aoristi I pass. formam antiquissimam *ἐλαχία* tractavi p. 26, tituli vulgarem secuntur linguam.

---

[1]) De accentus ratione conf. Curtium in act. soc. litt. Lips. 1864 p. 225—227, Keilium in Nov. Mus. Rhen. XVIII, 263 sq. — [2]) In universum conf. de coniugatione Dorica Ahr. p. 283—353.

II. De personarum significandarum ratione.

1. Persona 1 plur. act. antiquiore more significatur μες syllaba in ὀμωμόκαμες Drer. 102 et εὐχαριστῶμες 2557 B, 26, in ceteris titulis vulgaris valet ratio.

2. Persona 3 plur. indic. et coniunct act. ubique exit in — ντι.

3. Persona 3 sing coniunct. act. terminationibus utitur et — η et — ει, illam praebent ἔχη, νείμη, ἀδικίση, νικάση 2556. δόξη 2555, ἐφέρπη 2554 alia, hanc συνδοκεῖ 2557 B, φυτευσεῖ Drer., quae tamen formae, cum ει diphthongus pro η aeque scribatur atque η pro ει, ex. gr. in ἤμην pro ἤμειν vel εἴμειν in Drer., pro diversis habendae non sunt.

4. Imperativi persona 3 plur. formas exhibet hasce:

a) activi — ντων, veluti πραξάντων, ἀποτεισάντων, ἀνα- vel ἀγγραψάντων, θυόντων 2554—2557. 3048. 3049. I. II, Drer. Lytt. III.

b) medii — σθων et — σθωσαν, ex. gr. ἥσθων, χρήσθων, στανυέσθων, ποιησάσθων, 2554. 2556; δασσάσθωσαν Drer., quod testimonium est aetatis recentioris, vid. Ahr. Dor. p. 298.

Antiquiorem formam in ω non legi aetas titulorum plurimorum satis explicat.

5. Persona 1 sing. aor. med. desinit in — αν pro vulgari — ην, veluti συνεθέμαν 2555, 22, conf. p. 29.

6. Persona I plur. med. ubique exit in — μεθα syllabas.

7. Persona 3 plur. aor. II pass. breviata utuntur et correpta[1]) Cretes in διελέχθεν III et διελέγεν 3050. 3052. 67. (74). 72, quare in titulis 3047. 64. 75. 78 διελέγην, in aliis Teio-Creticis διελέγησαν quae legimus ex lapicidarum peccatis procul dubio profecta sunt.

III. De coniugatione in ω.

I. Infinitivorum praesentis act. in — εν, futuri, aoristi II, verborum contractorum in έν vel — ῆν desinentium rationem dedi p. 33. 37, e quibus apparet iure Boeckhium in tit. 2557 B, 26 ἀφελαι mutavisse in ἀφελέν..

2. De participiis praes. femin. in — ωσα — ονσα exeuntibus conferas p. 18. 31.

3. Participii med. formatio non discrepat a vulgari, exceptis χρήμενος 2554, 61 et ἀδικημένοις 73, 31, quarum formarum originem Allen, dial. Locr. p. 60 sq., de Locr. forma ἐνκαλείμενος, Boeot. ἀδικείμενος, Delph. ποιείμενος, Lesb. καλήμενος disserens, sic exponit: antiqu. ă-jămanas, ĕ-jĕmenos, ē-ĕmenos (χρήμενος), ĕ-ĕmenos (καλείμενος), idem ă-jămenos transitu facto in ĕ-jŏmenos effecit καλούμενος alia.

4. Verborum quae contracta dicuntur formas contractas perlustravimus p. 37 sq., solutas p. 35 sq., eorundem formas in — ιω p. 26.

5. Optativus horum verborum et vulgarem ostendit formationem (ἐπιορκίοιμι Ven.) et Atticam quae dicitur (ἀδικοίη 2556).

6. Verba vulgo in αω, Cretice in εω desinentia habeo haecce: ἐρευνέω 2554, ὁρμέω 3048. 3049. 3058. IV. VII, χρέω 2554.

In ceteris valent paradigmata, quae conlegit Ahr. p. 305—307.

IV. De coniugatione in μι.

1. Persona 3 plur., quae exit in ντι personae 3 sing. vice fungitur in ἀναδείκνυντι 3050, 20, quem morem e sermone plebeio receptum Laconicam quoque dialectum praebere docet Ahr. p. 312.

2. Coniunctivi contractionem ostendunt in α qui formati sunt a stirpibus in α desinentibus, ex. gr. σιστᾷ I, ξυνιθθᾷ, ἰθθᾶντι (restit.) Ven., ἀποστᾶντι, δυνάμαι Drer., in η coniunctivi stirpium in ε, ut τεθῇ, ὑπεχθήται 2556, in ω si stirpes exeunt in ο, veluti γνῶντι, ἀποδῶμαι 2556.

---

[1]) Conf. Ahr. Dor. 317.

3. Infinitivus *μεν* syllabam addit stirpi, ex. gr. *διδόμεν, δόμεν, ἀποδόμεν, θέμεν, ἀνθέμεν, ὀμνύμεν* 2554. 3048. 3049. 3053. 3058. II. III. IV. VII. Gort. Drer. Eremopol. Hierap (Spratt. tab. I, 4.[1]) I, 21) al., atque eadem est terminatio infinitivi aoristi I pass., veluti *διακομισθῆμεν, δοθῆμεν, συντελεσθῆμεν* I. III. 3053, quorum *η* ex *ε-ε* contractis fortasse ortum est.

4. Aoristi I medii pers. 3 plur. *ἐπεθήκατο* legitur in epist. Epim.

5. Aoristi II med. pers. 3 plur. formam *συνέθοντο* 2554, 2, quam Ahrensius pro corrupta habuit p. 318, tueri non possum, quod voluit Voretzschius, analogia optativi ex. gr. *ἀδικοίη*.

V. De verbo *εἰμί*.

1. Praesentis indicativi personam 3 plur. *ἐντί* legimus in Ven., sing. *ἐστί* ubique.

Coniunctivi personam 3 sing. *ᾖ* exhibent III. V. I (in cuius v. 22 pro *ῇ* restituas *ᾖ*), plur. *ἔωντι* 2556, personam 1 plur. *ἔωμεν* vel *ἴωμεν* 3048. 3052. 3058 (errore p. 38 v. 43 scriptum est 3048). 74. VII (in cuius v. 2 *καιωμεν* Naberus recte mutavit in *κα ἔωμεν* v. 10 praebente *ἐόντες*).

Optativi persona 3 sing. iota subscripto ornata videtur in Drer. 115, sed tamen cum ΕΙΗΙ positum sit in fine versus, Ι lineamentum vestigium fortasse est pronominis indefiniti, quod postulat sententia, quae est: *αἰ δὲ λισσός εἴη[τις] ἀγγραψάντων κ. τ. λ.*; persona 3 plur. *εἶεν* reperitur in Ven.

Imperativi formae *ἔστω* et *ἔστων* saepius conspiciuntur in titulis, *ἔστωσαν* in tit. 64, 27.

Infinitivi triplex est ratio, genuina Doridis forma *ἦμεν* in plerisque legitur titulis, veluti 2554. 2555. 2556. 2558 (eundem ed. Spratt. tab. II, 12, cuius exemplar *ἤμην* praebet, sed item *πρωξένως, Σόσω* pro *προξένως, Σώσω*). 61. 62. Ven., forma correpta *ἔμεν* V. 3058 (sed *ἦμεν* 67 et 74), Rhodia denique *ἤμην* in Drer. 46. 79, qui titulus in formula ex antiquiore tempore recepta exhibet *ἦμεν* v. 92.

Formae recentiores et vulgares *εἶμεν* et *εἶναι* in titulis deterioribus solis reperiuntur.

Participium activi et solutis utitur formis et contractis, illae *ἐόντα, ἐόντες, ἐόντας, ἐόντων, ἐῶσα, ἰόντες* leguntur in titt. 2556. I. IV. VI. VII. 72. 73. 75, hae *ὤν, οὖσα* in titulo minoris fidei 2554 et Teio-Creticis quibusdam.

2. Futuri personam 3 sing. *ἐσσεῖται* praebet epistula Epim., conf. p. 37, in titulis non reperitur forma a vulgari discrepans.

VI. De coniugatione perfecti et aoristi primi.

1. Pluralis persona 1, ut Dorica postulat dialectus, in — *αμες* exit, veluti in *ὀμωμόκαμες* Drer., persona 3 — *αντι* exhibet, ex. gr. *ἀπεστάλκαντι, ἐξεστρατεύκαντι* 64. I. 3047 (restit.), et breviatam quandam formam in — *αν*: *ἀπέσταλκαν* 3048. 3052. 3058. 72. 74, cui conferas *ἐπιδέδωκαν* in tit. Gythei oppidi, quem ed. Keilius in libello, qui inscribitur „Zwei gr. Inschr. a. Sparta u. Gytheion."

2. Participium vulgarem sequitur rationem, ex. gr. *γεγονότα, ἐνεστακότα, καθεστακυῖα* 2554. I, epico more formatum est *πεπτηῶτες* Hybr. 8, quod mutatum velim in *πεπτειῶτες*.

3. Medium non recedit a formis vulgaribus, veluti *κεκλῆμαι* Hybr. 5.

4. Aoristi primi indicativus pluralis personam 1 exhibet *ἐδώκαμεν* 75, personam 3 *ἀπέδωκαν* 64. 72. 74. 75.

5. Optativus ubique suppeditat *αι*, ex. gr. in *ἐπιορκήσαιμι, ἐπιγράψαιμεν* 2555.

VII. Postremo appono verba anomala, additis quae singulari utantur significatione vel formatione verbis.

ἀγγέλλω: *ἀγγήλωντι* 2556, 43, *ἐξαγγελίω* Drer. 73. — *ἀγκρίττειν* pro *καταπαλαίειν* dictum vid. p. 21. — *ἀγκωλιάδειν* pro *ἅλλεσθαι* Cretas usos esse legimus p. 20, ob eamque caussam iure Schmidtius Cretibus addixisse mihi videtur Hesychi gl. *κολιάσαι*

[1]) His ipsis diebus in Bursiani libri qui inscribitur „Geographie v. Griechenland" vol. II p. 577 adnot. 1. eandem inveni huius tituli Sprattiani explicationem atque meam p. 3.

(κωλιάσαι?)· ὀρχήσασθαι et κολία (κωλία?)· ὀρχήσεως εἶδος κ. τ. λ. — ἀγνεῖν· ἄγειν Κρ. Hes., Et. M. ἀγνῶ praebente et ἀγινῶ Ionicum — αἱρέω: ἀφαιλῆται, ἀφαιλησεῖσθαι Ven., ἐξελέν 2555 II, ἀφελέν 2557 B, vid. p. 17. 33. 42. — ἀλκτεῖ· ἐλακτεῖ Κρ. Hes. natum est ex hyperthesi, quam praebent etiam ἀποθρημίω· ἀποφαίνω, κοδέμαλα = κιδόμαλα, Βρόταχος — βάτραχος, quae vid. p. 25. 26. 29, denique Sybritae oppidi eiusque civium varia nomina haec: Σύβριτα et Σίβρυτα Scylax Peripl. 47, ἐξυβρίστας 66, 19 (ἐξυβρίτας 3049, 9) Σοίβριτα et Σίβριτα Ptolem., Σίβυρτος Steph. Byz., Σιβύρτιοι id. et Polyb. XIII, 2 Σοίβριτος Hierocl. Synecd. p. 14, Συβριτίων 66, 1. 2. 22 (3049, 1. 2. 12), num. ap. Eckhel. II, 320 sq., Mionnet II, 298 sq., Συβριτίοι num. ap. Spratt. vol. II p. 98. — βαίνω: ἐμβές 2554, 15, συνβέβακε 75, 21. — βάλλω: ἐνβαλέν 2555, 9. — γίνομαι formis vulgaribus utitur. — γινώσκω: ἀναγνώοντι 2554, 29, quod Ahrensius iure mutandum putat in ἀναγνῶντι, conf. p. 41 ἐπιγνῶντι 81, 19. — γράφω: ἐγγεγραμμένος perfecti formam vid. p. 41. — δαιμονιτιῶν pro δαιμονίζεσθαι dictum Cretibus tribuit Hesychius. — δερίττειν = ἐρίζειν conf. p. 21. — δοκέω: ἔδοξα in tit. recentioribus. — εἶμι: ἐπιόντων 2554, 56. — εἶπον: ἀποειπάθθω attuli p. 5 al., conf. etiam Ahr. p. 341. — ἐπιβωλεύω in Drer. 145 de cis dictum est, qui idem quod alii capiunt consilium. — ἔρχομαι: aoristum II ἦνθον Cretibus ascripsisse dicitur Gramm. Meerm. p. 658 (ed. Schaefer), sed videas quae de hoc loco scripsi p. 36; εὐθεῖν verbis Creticis addidi p. 18. Ceterum Cretenses ἔρχεσθαι loco plerumque usos esse verbo ἕρπειν tituli docent et epist. Epim. — εὑρίσκω: εὑράκοιμεν Ven. 71, quod vid. p. 28. — ἔχω: παρίσχαιεν 2556, 52, quod Ahrensium p. 341 secutus mutaverim in παρίσχοιεν. — ζάω: ἀναζῶσα 2566, 2 forma recentissima. — ἧμαι: ἧσθων 2554, καθήσθω 2556. — θεμιζέτω· μαστιγούτω. νομοθετείτω Κρ. Hes. — θνάσκω: ἔθανον aor. II tutum praestat optativ. θάνοι Gort. 7. — ἵημι: ἀνεῖμεν 64, 21. — ἴσαμι: ἰσᾶντι 3053 A, 11. — ἵσταμι: προεστάκαντι 64, 19, ἐνεστακότα I, 76, προέστακεν 73, 22, ἀπέστα 3048, 28; 80, 22, ἀπέσταμεν 77, 16, καθεστάτω VI, 11 (69, 10), coniunct. formas vid. p. 42. Derivata: σταθέντων 2556, 76; II, 10. 12, στάσοντι, καταστασάντων 2556, 80. 76, στανύσθων 2556, 66, ἐπεστάτον (a verbo ἐπιστατέω) III, 16, vid. p. 33, sed ἀπεστάτουν 72, 23. — καλέω: κεκλῆμαι Hybr. — λέγω: διελέγεν et διελέχθεν vid. p. 42. — (μιμνάσκω): μεμναμένοι epist. Epim. et titt. — ὄλλυμι: ὀλλύσθαι Drer. 82. — ὄμνυμι: ὀμνέω vid. p. 41, ὀμνέμεν Drer. 142, ὀμώμοκα ibid. 102, ὤμοσα 2555, 23; Drer. 10. 78, ὀμόσωντι I, 93. — οὐρεύω pro οὐρέω Drer. 127. — πίπτω: πεπτ[ε]ώς Hybr. — ῥώννυμι: ἔρρωσθε 2557 B, 26. — σβέννυμι: ἀσβέσθη, vid. p. 13. — στασίζω pro στασιάζω Drer. 63. — στέλλω: ἀπέσταλκαν, ἀπεστάλκαντι in titt., vid. p. 43, ἀποσταλθέντες 3053, 4, ἀποσταλεῖσι I, 33, ἐξαποσταλέντες 82, 4. — τίθημι verbi ratio vulgaris est. — τίνω: ἀποτεισεῖ, ἀποτεισάτω, ἀποτεισάντων vid. p. 34. — φαίνω: ἀνφανάμενος et adiect. verb. ἀνφαντός vid. p. 16. — χρῆσθαι: χρήσθων 2556, 65, χρήμενος 2554, 61, p. 42.

§ 15.

De praepositionibus.

1. Praepositionum nonnullae in Cretica ut Dorica dialecto servantes antiquiorem linguam dissentiunt a vulgaribus. Sunt autem:

a) πρός praepositionis forma πορτί, quae adhibita metathesi [1]) ex prati forma Sanscrita profecta est, legitur in titt. 3048, 15. 21 (70); 3050, 16. 18 (65); 3051, 4 (63); 3053, 4 (81); 74, 15; 76, 38; 82, 4, ceteris titulis, ex. gr. 2557. 3047. 3051, 7, ποτί Doridis formam communem praebentibus, quae composita conspicitur in πόθοδον, ποθόδοις I, 6. 13. 67 et ποτάγοντες 75, 24. Ob quam rem genuinum habere non licet πρόστιμα vocabulum in melioris fidei tit. 2556, 81, quod totum fortasse e lingua vulgari propagatum est ad Cretas. In titt. vero 2554. 2557 et in scolio Hybriae πρός legi mirum non est.

[1]) Cretenses metatheseos amantiores fuisse probant: Ἀφορδίταν Drer. 27, Σίβρυτα: Σιβύρτιος, vid. supra, Φιλόσταργον Spratt. tab. II, 9, 5.

b) *μετά* forma vulgaris in plerisque titulis reperitur, *πεδά*, quae et Aeolica est, in epist. Epim. et titt. Drer. 41; 65, 7 (3050).

c) *εἰς* apud Cretas et Argivos *ἐνς* fuisse grammatici testantur, vid. p. 19, tituli meliores *ἐς* praebent.

2. *ἀνά* et *παρά* saepenumero et cum verbis composita et nominibus anteposita, semel *περί*, apocopen, ut in lingua Aeolica, patiuntur, nec dubium est, quin eadem ratione *κατά* et *ποτί* usa sint, sed exempla, quae in universum Dorica praebet dialectus, desunt in Cretica. Reperiuntur autem:

ἀνά praepositio in: *ἀνθέμ[εν*, — *ἀνφανάμενος*, — *ἀνφαντός*, — *ἀγχωρέν* Gort. 14. 11. 1. 6. 7. 10, — *ἀμφανῶντι* Ven. 58, — *ἂμ ποταμόν* Ven. 31; 2554, 161, — *ἀγγραψάντων* 2555, 3; Drer. 116, — *ἀγγραψάτωσαν* 75, 49, — *ἀγγράψαι* 3058, 19; 61. 11; 72, 42, — *ἂν ῥίχιν* 2554, 105, — *ἀνθέντων* 2557 B, 22, — *ἀμπέτιξ* et *περιαμπέτιξ* 2554, 118. 109. 115; 2561[b], 62, quae adverbia ad *ἀνα - πετ* revocata vere interpretatus est Voretzsch. p. 27; sed in tit. 2561[b], 59 quod legitur *περιαμπάξ* cum *διαμπάξ* scite comparavit Babington ap. Spratt. vol. II p. 433. — *ἀγκιολιάδειν*, quode vid. p. 20. — Denique *Φείδων Ἀμβρίωνος ὁ Κρής* C. I. 4838[b], 3 = *Ἀναβρίωνος*, conf. Laert Diog. V § 11, et *Ἀμφερωνίδης* Hierapytnii cuiusdam nomen in tit. C. I. 2332, 13 = *Ἀναφερωνίδης*.

παρά praepositio in: *πὰρ τιῶ* Gort. 8, — *πὰρ τὰν* in vet. Axü v. 3, — *πὰρ τᾷ* 3050, 23 (65), — *πὰρ Τηΐων* 3053, 4 (81), — *πὰρ τῶν* 3047, 24 (71), — *πὰρ τὸ γραφέν* 72, 36, — *παργενομένῳ* 74, 31, — *παρδεδομένα*, — *παρπέμψαι* III, 12. 15, — *παρδεχέται*, — *παρκαλεῖ* 3050, 21 (65).

περί praepositio in: *πὲρ τάν* vet. Ax. 8.

In qua apocopes perlustratione tituli antiqui Gortynius et Axius apocopen, quo antiquius tempus, eo saepius a Cretibus adhibitam esse comprobant.

3. *ἐξ* praepositio artius coniuncta apparet cum verbis in *ὑπεχθήται*, *ὑπεχθεσίμων*, *ἐχφερέσθαι*, quae vid. p. 13.

4. *περί*, excepto tit. Axio, *σύν* s. *ξύν* aliis praepositionibus lingua Cretica aeque utitur ac vulgaris.

§ 16.

De adverbiis et particulis quibusdam.

I. De adverbiis.

1. Adverbia, quibus utuntur Cretes ad significandum locum in quo, desinunt in *ει*, *ῃ*, *η*, *υι*, *οι*, *ῳ*:

in *ει* exeunt *πεῖ* Drer. 126, *ὀπεῖ* I, 100.[1])

ῃ et *η* ostendunt ex. gr. *ἑκατερῆ* 2554, 75. 58 (restit. ab Ahrens.); 2556, 77, *ὀπῆ* 2554, 56, *ἑκατερῆ* 2556, 20. 26. 28, *πῆ* epist. Epim., in qua Ahrensius scite restituit *πλατίη* (vid. p. 10. 30) et *τουτῆ* ex *τουτᾶ*.

υι praebent *υἷ* s. *υἵ* „ubi" II, 16. 22; III, 16, *τυί· ὧδε Κρ.* Hes., *ὅπυι* Ven. 68,[2]) quibus formis conlatis adfirmatur certe coniectura Ahrensi, quem Hesychianum *κηρούει* in *κηνούει* vel *κηνοῦϊ* mutasse dixi p. 32, itemque in tit. 2555, 18 mecum restitues *υἵ* pro *οὐ*.

οι legitur in adverbio ab *ἐξ* descendente *ἐξοῖ* Drer. 67, cui conferas Syracus. *ἐξοῖ* et *ἐνδοῖ*.

ῳ denique reperimus in *ᾧ* Ven. 69.

Nata autem sunt haec adverbia ex antiquis casibus locativo et instrumentali; conf. Curt. Erlaeut. p. 159.

---

[1]) De grammaticorum testimoniis vid. Ahr. Dor. 361 sq. — [2]) Eadem Aeolica, conf. Ahr. Aeol. 154.

2. Adverbia locum in quem, quem versus indicantia desinunt in *ᾳ*,[1]) sic legimus *τὼς ταυτᾷ νόμως* 2554, 76, quod bene transtulit Ahrensius „leges huc spectantes," *ἐς ἄλλαν πέτραν, ᾇ ἁ ταινία* ibid. 110 „in alteram rupem, quam versus lingula (vel syrtis) iacet," *περιαμπέτιξ, ᾇ αἱ στεφάναι — καὶ ἐς τὰν Αἴγ[ι]ρον, ᾇ αἱ στεφάναι* ibid. 144 sq., unde emendes *περιαμπέτιξ (περιαμπάξ) ὡς ἁ στεφάνα* 2561 b, 59. 62, *ᾇ οἱ ὦροι ἐντί* Ven. 20, *χᾇ ὁ ποταμός* ibid. 25. Eadem terminatione mirum in modum *ὀπᾷ* coniunctio utitur in tit. 3053 A, 11 his verbis *ὀπᾷ ὠν ἰσᾶντι Τήϊοι*, tit. 82, 18 *ὅκως* praebente.

3. Adverbia, quae a substantivis derivata designant locum in quem desiisse in — *δις* demonstrat Ahrens. p. 373, quare suspectum mihi est *Λύττονδε* in Lytt. III, 12, cui solum comparari potest *οἴκαδε* ap. Thucyd. V, 77.

4. Locum unde adverbia in *ω* exeuntia significare apud Dorienses testantur grammatici (Ahr. p. 374), in dialecto Cretica reperiuntur *τουτῶ* 2554, 112. 121. 123. 163 et *τῶδε* ibid. 158, de quibus quippe ex ablativo ortis vid. Ahr. p. 376, Frohwein. in Curt. Stud. I, 1, 80.

Auxilio *θεν* syllabae, quae quidem rara est in dialecto Dorica formatio, ficta sunt adverbia a nominibus propriis derivata *Βιαννόθεν* VII, 3, *Κν[ω]σόθεν* 61, 4, *Λατόθεν* 67, 25 et 74, 28 (3058, 13, qui exhibet *ατοθεν*, quod egregie Ahrensius emendavit p. 376 et in Kuhni diar. III, 104), quibus adicias *ὀφόθεν* 69, 9 (p. 14).

5. Adverbia temporis in *κα* exire indicavi p. 10, contra legem peccat *πο]τέ* Ven. 12.

6. Adverbia modi vulgo in *ως* desinentia eadem sunt apud Cretas, sic in titulis habemus *ἀδόλως, ἁπλόως, ἀκολούθως* alia, nisi quod in titt. 64, 14; 72, 16; 74, 15 reperitur *ἀκολουθᾶ*, quod in *ἀκολουθᾷ* mutandum videtur et eis comparandum adverbiis de quibus dixit Ahr. p. 372, 373.

Adverbia in *η* Cretice exeunt in *ᾳ*, veluti *κοινᾷ ἢ ἰδίᾳ* in multis titulis.

7. Adverbium numerale *ἅμακις* = *ἅπαξ* commemoravi p. 18.

II. Particulae.

1. *ἀεί* particula, de cuius origine vid. Curt. p. 345, his utitur formis: *αἰεί* 64, 12. 23; 65, 23; 77, 31; 81, 19, — *ἀεί* in ceteris titulis, — *αἰές* Creticum esse testantur Greg. Cor. p. 345 et Gramm. Meerm. p. 658, contra *αἰέν* forma, quae non minus Cretica dicitur sublesta nititur auctoritate, vid. Ahr. Dor. 106. 379.

2. *αἰ* vocula pro *εἰ* saepissime nobis occurrit in titulis, veluti 2555. Drer. I. II. III; sed tamen exeunte saeculo a. Chr. tertio *εἰ* in usum venisse videtur, cum non solum in titulis minoris fidei 2554 et Teio-Creticis plerisque, verum etiam in titulis melioribus 2556. Ven. vicissim posita sint *αἰ* et *εἰ*.

3. *ἄν* particulae vice fungitur *κα* Dorica neque ullo loco in titulis Creticis *ἄν* legi.

4. *ὦν* pro *οὖν* vulgari attuli p. 32.

§ 17.

De insignioribus dialecti Creticae proprietatibus.

In colligendis et summatim repetendis, de quibus supra scriptum est, Creticae dialecto vel soli vel soli cum alia, Laconica imprimis, dialecto Dorica addicendae sunt haud paucae proprietates linguae, quas perlustrans ipsius Cretensium dialecti differentias quasdam indicabo.

Ac primo loco nominanda est accusativi pluralis forma in *νς*,[2]) quam antiquiore tempore in omnibus declinationibus et apud omnes gentes Creticas viguisse veteres demonstrant tituli Gortynius et Axius, cum temporibus recentioribus Latii, Priansii, Vaxii soli eam retinuerint, ceteri vero Cretes, ex. gr. Apteraei, Arcades, Biannii, Gnosii, Gortynii,

[1]) Conf. Ahr. p. 368. — [2]) Conf. p. 18. 19.

Hierapytnii, Lyttii, *ν* eiecerint non producta vocali antecedente, quae eadem ratio reperitur in titulis Cyrenaeis (Cyrenis multi erant coloni Cretenses), Theraeis, Cois, Delphicis antiquioribus, Astypalaeensi, conf. Ahr. Dor. 172 sq. 565. Sed Doridis severioris morem producendae ob consonae interitum vocalis exhibent epistula Epimenidis et tit. 2554, qui titulus paullo recentior mihi videtur titulo 3058, in quo servata est lingua antiqua.

Eadem linguae constantia in retinenda *ν* consona, quae apparet in accusativis antiquis, ex eis cognoscitur formis, quas eodem atque accusativos attuli loco; cum accusativi autem forma breviore congruit infinitivorum terminatio *εν* pro *ειν* vulgaris, quae, ut apud Cyrenaeos, Theraeos, Coos, Delphos antiquiores, apud omnes Cretas in usu fuisse videtur, conf. p. 33.

Deinde tempus futurum et verba in *εω* magnam et multiplicem formarum copiam praebent, in quibus diiudicandis ut certa lex statui possit breviter repetam, quae congessi pag. 26. 27. 35—38, additis singulorum oppidorum nominibus. Reperiuntur autem apud Allariotas: *κατοικόντας* (73), *συντελόντες* (2557), — *ἐπαινῶμεν, παρακαλώμενα* (73), *εὐχαριστῶμες* (2557), — *πειρασόμεθα* (73), *πρεσβευσόντας* (2557), — Apteraeos: *ὁρμιομένοι* (75), — *κατ[ο]ικόντας* (V), — *ἀδικέομεν* (75), — *ἐπαινῶμεν* (V, Naber. *ἐπαινίομεν*), *ἀδικιῶντι* (75), — *πειρα[σ]όμεν* (75), — *πειρασῶμεν* (V, Nab. *πειρασόμεθα*), — Arcadas: *ὁρμιομένων* (72, 34, quod addas p. 26 v. 40), — *κοσμέοντες, παραιρεομένοι* (72), *ἐπαινέομεν* (80, Boeckh. 3052 *ἐπα[ινε]σόμεν*), *παρεκάλεον* (80), — *πολεμέωσιν* (3052), — *ἀδικῶσι, παραιρῶνται* (3052. 80), — *βοαθησόμεν, συντηρησόμεν* (3052), *διαφυλαξόμεν, χαριξόμεθα* (72, 17. 33, non 73, 17. 33, ut falso p. 27 v. 25 et 28), *πραξόμεν* (72), — Biannios: *κοσμίοντες, ὁρμιομένοι* (VII), — *ποιοῦμεν, ἐπαινοῦμεν* (77), — *πολεμῶσιν* (77), — *διαφ[υ]λαξομέναι* (VII, Nab. *διαφυλαξίομεν*), *ἀναγραψόμεν, ἀναθησόμεν, βοαθησόμεν, πειρασόμεθα* (77), — Cydoniatas: *ποιιομένοι*, — *κατοικόντας*, — *ἐπαινῶμεν*, — *πραξόμεν*, — *πειρασώμεθα* (64), — Drerios: *κοσμίοντα, κοσμιόντιων*, — *ἐξαγγελίω, σπευσίω*, — *πραξόντι, τελόμαι* (Drer.), — Eleutbernaeos: *ἐπαινίομεν* (71, *ἐπαινέομεν* 3047), — *πειρασόμεθα* (3047), — Erannios: *παρακαλίων* (76), — Gnosios: *ποιῶνται* (81), — Gortynios: *κορμιόντιων*, — *βοαθησίοντι* (Ven.), — Hierapytnios: *κατοικόντες* (2555), *κοσμόντες, κοσμόντων, κρατόντιων, πωλόντας* (2556), *ἐπιορκόντι, διαπολεμόντιων, συμπολεμόντες* (II), — *ὠνωμένος* (2556), [*ὁ*]*ρμιωμένων* (IV, Nab. *ὁρμιομένων*), — *εὐορκῶσι* (2555. II),[1] — *διακαθεξίομεν* (IV), — *ἐπιτραψόμεν* (IV), — *διωσιῶ, ἐμμενῶ, ἐξῶ, ἐπιτραψῶ, εὐνοησῶ, κακοτεχνησῶ, πολεμησιῶ, συμμαχησιῶ* (2555. II), — Istronios: *κοσμίοντες, ὁρμιομένων*, — *πραξίομεν, φυλαξίομεν, χαριξιόμεθα* (3048), — Latios: *κοσμίοντες, ὁρμιομένων* (3058. 67. 74), *πολεμίοντας*, — *κοσμόντες*, — *ἐρευνέοντες, εὐορκέοντι, ἐφορκέοντι, πολεμέοντας, πολεμέων, πωλέοντα, ὠνεόμενον*, — *βοαθησίω, ἐμμενίω, προλειψίω* (2554). — *πραξίομεν, συνδιαφυλαξίομεν, χαριξιόμεθα* (74. 3058), — Lyttios: *ἐπιορ]κίοντι*, — *ἐ]πιτραψίω, κακοτεχ]νησίω, προλειψίω* (Lytt. II), — *ἐξόντι* (Lytt. I), — Pallacos: *ἀναθησόμεν, πει]ρασόμεθα* (78), — Priansios: *ἐπιορκίομεν* (Ven.), — Sybritios: *κοσμίοντες, ὁρμι[ο]μένων* (3049). Quibus adiciantur: *ἀποθυμίω* Hesych., — *πατέω, προσκυνέοντι, φωνέοντες* Hybr., *ἀλγέοντι* Epimen. epist.

Iam omnium harum formarum, imprimis quae sunt in titulis Ven. Drer. Lyttiis, Latiis Hierapytniis, conlatio demonstrat, apud Cretas solam valuisse *ι* vocalem, quae, cum modo vocalis modo semivocalis vim induerit, in aliis titulis, ex. gr. Hiorapytniis, prorsus omissa, in aliis et scripta et neglecta est, veluti in Lyttio, Drerio. Quam ob rem in titulis Hierapytniis et Allariotarum restituendas puto formas *ὠνομένος, ὁρμομένων, εὐχαριστόμες* al., in Latio 2554 formas, quae exhibent *ι*, ex. gr. *ἐρευνίοντες, εὐορκίοντι*. Nec tamen eandem coniecturam admittunt tituli Teio-Cretici, in quibus, cum exarati sint a gente aliena, formas vulgares dialecto Creticae immistas reperiri consentaneum est; item non mutaverim formas, quae leguntur in Hybriae scolio et Epimenidis epistula. — Praeter Cretenses hic mos praecipue cultus est a Laconibus et Italiotis, conf. Ahr. p. 207 sqq.

---

[1]) *πολεμώνται, πολεμῶντι, ποιούμενοι, συνεργούντων* in tit. I ad dialectum vulgarem refero.

Tum in declinatione et in singulis vocabulis ante ο, α, η vocales et consonas duplices et liquidas ι pro ε pronuntiatum esse vidimus p. 25 sq., quam mutationem etiam dialecti Boeotorum, Paphiorum, Italiotarum prae se ferunt.

Insignem severioris Doridis proprietatem α pro η, η et ω pro ει et ου vulgaribus pronuntiatorum Creticam esse vix opus est ut moneam.

A Doride insulari et ab Ionibus Cretes tempore recentiore et recentissimo receperunt εο vocalium in ευ contractionem, vid. p. 37.

Diaeresin ει diphthongi in ηϊ, quam, Ionicam imprimis, tituli ostendunt meliores, tractavi p. 35, cuius apud ceteros Dorienses exempla exstant nulla.

Consonarum quarundam mutationes singulares memoriae tradidit Hesychius, quae tamen ad plebis praecipue sermonem pertinere videntur, sunt enim λ consonae in ν conversio (p. 18), β in π (p. 10), γ in κ (p. 11), ϝ in ϱ (p. 8), cum in ceteris digammatis mutationibus Cretica dialectus maiore ex parte concinat cum Laconica.

Item non recedunt a Laconum lingua ϑ in σ (p. 12), σ in ϱ (p. 19), υ in οι diphthongum (p. 34) conversa.

In pronuntianda ζ consona quas rationes secuti sint Cretes explicavi p. 20 sq.

Adamasse Cretas mutarum consonarum aspirationem earundemque adsimulationem, cuius pauca exempla reperiuntur apud gentes, quae utebantur Doride severiore, satis demonstravi §§ 4 et 7.

Pronominis αὐτός formam recentiorem αὑς αὐτός commemoravi p. 41, conlatis Delphorum recentiorum titulis.

Singularis est et antiqua aoristi II passivi terminatio in — ια, quam praebet Hesychius, vid. p. 26. 41. Perfecti miram formationem ἐγγεγραμμένος cum πεπρωγγίεικα Heracleensi contuli p. 41. — Plebeiae linguae morem, quo persona tertia pluralis adhibetur ad significandam personam tertiam singularis, Cretensibus communem esse cum Laconibus docui p. 42.

In praepositionum formis antiquam linguam servasse Cretas probant πορτί et πεδά pro πρός et μετά vulgaribus, apocopes amorem ostendunt ἄν, πάρ, πέρ (p. 45).

Quibus omnibus denuo prorsus confirmatur, quod Ahrensius monuit, Creticam dialectum severioris Doridis esse partem, Dorienses igitur, qui Lacedaemonem subegerunt, Cretam insulam non armis solum, verum etiam lingua occupasse. Sed tamen in nonnullis insulae partibus antiquiorum Cretae incolarum dialectum servatam esse demonstrat titulus Drerius, ex cuius natura mitiori Doridi hanc linguam cognatam fuisse concludi posse videtur. Neque vero barbara exstant in dialecto Cretica vocabula, quae gentem a Graecis alienam insulam incoluisse docerent, quaeque barbara dixit Hoeck Kreta I, 146. II, 5 βοίτης, κόμβα, κάρα, λάττα al. partim explicata sunt partim infra explicabuntur; id unum concedendum est, pauca vocabula et oppidorum nomina a populis Semiticis ad Cretas pervenisse.

§ 18.

Lexilogica quaedam.

Postremo vocabula quaedam addo, quae Cretica in titulis aut in scriptorum operibus leguntur, sed in superioribus commemorata non sunt, cum vel obscurae sint originis vel ad certam dialecti rationem referri nequeant. Omissis omnibus eis, quae Cretica quidem dicuntur, eadem tamen in aliorum Graecorum lingua reperiuntur, haec sunt:

ἄγδις· ἄγγος Κρητικόν Hesych., in qua voce formanda similis fortasse caussa δ effecit, quae ἀδνόν pro ἁγνόν, vid. p. 11. — ἀγκλάριον in tit., qui Constantini Magni tempore exaratus est, 2562, 13 Boeckhius ex ἀνακλήριον ortum putat non liquente quidem significatione. At hoc quominus probem impedit me tituli aetas, quam respiciens suspicor ἀγκλάριον, quod a Montefalcone et ab abbate Italo (Naber. Mnemos. II, 38. 41) scriptum est ἀνγλάριον, ad Romanorum referendum esse vocem „angularis“, significare igitur vas aliquod. — ἀγλαόν voce eodem sensu quo γλαφυρόν utebantur Cretes Hesychio teste. — ἀδεμάν· ὅταν Κρ. Hes., quam

glossam Schmidtius probe correxit scribens: *ἃ δέμας· ὢ τᾶν.*. — *ἀείρακος· ἡ ἔλαφος παρὰ Κρησίν* Suid. procul dubio profectum est ab *ἀπέρσα* (p. 24), vid. Curt. p. 310, Hey p. 26. 51; de aliis cervorum nominibus *ἀχαϊνέα, ζόρ, σπαθίνης*, quibus tamen non soli Cretes usi sunt, conf. Meursii opus „Creta" p. 16. 17. — *ἀκακαλλίς* et vocali abiecta *κακαλίς* vocibus narcissum appellasse Cretas Hesychius testatur; idem nomen proprium fuit filiae Minois. — *ἄκαρα· τὰ σκέλη Κρ.* Hes., Et. M. 45, 16, quod vocabulum *α* vocalis insertionem passum esse Hey p. 27 suspicatur, conlatis *ἄκρα, ἄκραι, ἄκρεα*. — *ἀλφιτισμός* in tit. Spratt. tab. I, 21, 3 significare mihi videtur id quod pertinet ad faciendam polentam.[1]) — *ἀμάδεα* ficorum genus dictum esse narrat Athen. p. 76. — *ἀμεργὸν ἐς· ἡ εἱμαρμένη Κρ.* Hes., quam glossam Schmidtium (Philol. XIV, 208) secutus muto in *ἀμεργόν· αἶσα ἢ εἱμαρμένη*, ut *ἀμεργόν* auxilio *α* prothetici ortum sit a radice *μερ* (Curt. p. 297).[2]) — *ἄμιτρα· μικρὰ Κρ.* Hes., Heyum p. 31 glossema falso revocasse ad *σμικρά* docent Callimachi (Hymn. in Dian. 14) verba *παῖδας ἀμίτρους* et Et. M. p. 83, 52 sq.: *ἀμιτροχίτωνας· ἀζώστους ἢ μίτρα καὶ θώρακι μὴ χρωμένους κ. τ. λ.* — *ἀμφενώτας· ὁ Κρητικὸς χιτών* et *ἀμφινώτους· χιτῶνας Κρ.* Hesych., voces sunt formationis obscurae, de quibus vid. Schmidti adnot. in ed. Hes. — *ἀνδρόμεον· ἱμάτιον Κρ.* Hes., cuius glossae interpretamento fortasse adiciendum est *ἀνδρῶν*. — *ἄνθρυσκα* Cretenses *τὸ ἄνισον* appellasse testatur auctor Et. M. 108, 42. — *ἀπάγελος· ὁ μηδέπω συναγελαζόμενος παῖς, ὁ μέχρι ἐτῶν ἑπτακαίδεκα Κρ.* Hes., eosdem pueros *σκοτίους* vocatos esse narrat schol. ad. Eurip. Alc. p. 989, vid. Mueller. Dor. II, 298. — *ἄρκιλα· ᾠόν* (Nauck. *ζῷον*)*· Κρ. τὴν ὕστριχα* Hesych., cui simile est *ἄρκηλος* vel *αρκιλος*, quo nomine diversa ferarum genera appellabantur, vid. Schmidti adnot. — *βαλία· ὀφθαλμία καὶ τὸν βάλιον πυρὸν Κρ.* Hes. ad bal „oculus" vocem Aegyptiacam refertur a Montefalcone. — *βουνία· αὔλειος θύρα Κρ.* Hes., alludit *βαίνη*. — *γάρσανα· φρύγανα Κρ.* Hes., glossema mutandum videtur in *τάρσανα*, quod dictum est pro *τράσανα, τραίσανα*, vid. Lobeck. Proll. p. 175, Elem. path. I, 494. Rhemat. p. 136. — *γέρανος* saltatio Cretica vocatur, item *ἐπικρήδιος, ὀρσίτης, πυῤῥίχη*, quibusde vid. Hoeck. Kreta I, 67 sq., Meurs. Creta p. 182. — *γερωνία· γεροντία, παρὰ Λάκωσι καὶ Λακεδαιμονίοις καὶ Κρησίν* Hes., quam glossam Ahr., Dor. p. 62 scite emendavit scribens: *γερωχία* (*=γεροιχία*) *ἢ γεροντία ἡ βουλὴ παρὰ Λάκωσι κ. τ. λ.* — *γλυκίνας· ὁ διὰ γλυκέος [οἴνου] καὶ ἐλαίου πλακοῦς παρὰ Κρησίν*, Athen. XIV, 645 D, quae verba eadem reperiuntur apud Hesychium. — *γλυκίφαιον· τὸ ἐρυθρόδανον Κρ.* Hes. — *γοντός· θήκη. φαρέτρα Κρ.*, quod legitur in Bekk. Ann. Gr. p. 1096 et in Iriart. bibl. Matr. p. 378 mutandum esse in *γωρυτός* nemo non videt, conf. Steph. Thes. — *δάλεμον· κηδεμόνα. δάλεστον ὄνον Κρ.* Hes., glossa corruptissima, quade vid. Schmidtium, qui recte fortasse priorem partem scribendam putat *καδεμόνα· κηδεμόνα Κρ.* conlato *κᾶδος* Dorico (Ahr. p. 140). — *δαμπόν· τὸ πυρίεφθον* (*Λάκωνες*) *Κρ.* Hes. glossam frustra attemptavit Voretzsch. p. 20, id unum conteudi posse videtur in *δαμπόν* vocis altera parte latere *πῦον*. — *δεκάδρομοι· οἱ δέκα ἐν τοῖς ἀνδράσι ἐσχηκότες, ὑπὸ Κρ.* Hes., in cuius glossae interpretamento, cum Suida I, 625 teste *δρόμοι* a Cretibus appellata sint gymnasia, Valckenarius scripsit: *οἱ δέκα ἔτη — ἠσκηκότες*. — *δένδρεον* forma antiquior legitur in tit. 2555, 24. — *δῆος· βωβός Κρ.* Hes., obscurum. — *διάκινον* et *διακόνιν* = *δυσκίνητον* Cretica dicit Hesych., quibus si contuleris glossam *διακωνίς· ἄνθρωπος ὁ μὴ πυκνός* non dubitabis, quin *διάκινον* hyperthesi debeatur, sed latet etymon. — *διά[μ]αξον* (*ὁδόν*) in tit. 2554, 117 Boeckh. idem esse suspicatur atque *ἀμαξιτός*. — *δόρκανα· ἀκριβῶς Κρ.* Hes., i. e. *δορκανῶ* adverbium derivatum a rad. *δερκ*, in qua inest notio clare, perspicue videndi, conf. Sonne in Kuhni diar. XII, 351 sq., Ascoli ibid. p. 319. — *δρόσους· ἀχρείους* (Schmidt. *ἀγρίους*) *Κρ.* Hes., quae glossa, mutila haud dubie, ad ferarum pullos referenda videtur, quos *δρόσους* appellaverint Cretes pariter atque aliae gentes Graecae, conf. Steph. Thes. — *ἐναίρω· πρωΐ, Κρ.* Hes., conf. adverbium Laconicum *ἀβώ· πρωΐ*, Lobeck. Rhemat. p. 253. — *αζους* servos et servas dictos esse, *ἀποφράσιν* servam, Athen. p. 267 C narrat teste Seleuco, conf. Steph. Thes. — *ἔνθινον* in titt. 2555, 11; II, 7;

[1]) Nihil iuvat nos Hesychi glossa: *παλαία· ἀλφιτισμός. οἱ δὲ ποσιαῖτον* (*πόσιν σῖτον* Steph. Thes.). —
[2]) Hey, cui Schmidti coniectura nota non erat, *ἀμεργὸν ἢ ἀμεργές· ἡ εἱμαρμένη* scripsit p. 27.

2554, 87. 90 (restit. pro ἔνοινον), quod verbum praetermissis et variis et vanis hominnm doctorum coniecturis ad θε radicem revoco duce Voretzschio in Herm. vol. IV p. 274. Is enim in explicando altero vocabulo (ὑπὲρ) τεθίνων in tit. Lytt. II, 11 Dorica conferens τεθμός, τέθμιος, ambo verba ab eadem radice profecta id significare arbitratur, quod est ἐν τοῖς τεθμοῖς, ex pacto igitur legis vim habet. — ἐπίπαντες 2555, 15. 18 = σύμπαντες, conf. Et M. 502, 38. 775, 52. 776, 3. — ἐργάτινες, quos ἐργάωνες Athenienses, vespillones vocabant Cretes teste Hesychio, cuius alteram conf. glossam ἠρι-εργής· τυμβωρύχος. — τὼς ἐρειπιῶνας 2554, 112 „loca ubi multae sunt parietinae" ad ἐρείπιον reduxit Koenius ad Greg. Cor. p. 225, conf. ἐρειποτόπιον in Steph. Thes. — ἐρικάς· ὁ ἐρεγμὸς Κρ. λέγεται δὲ ὡς τριβάς (ὠστριμάς cod., emend. Schmidt.). λέγουσι δὲ οὕτω καὶ τὰ ἴτρια τὰ ὑπό τινων λάγανα Hes., cui conferas ἐρείκω et ἐρείκιον = ἰτρίον. — θαλείας Cretensium caseos tenues et latos commemorat Athen. p. 658 D. — θρινία· ἄμπελος ἐν Κρ., cui postquam Schmidtius ascripsit alteram gl. ὀρινίαι· ἀναδενδράδες, Hey p. 45 θρινία mutandum putavit in ὀρινία = ὀλινία conlatis ἕλινος, ἕλιξ, ἐλενοί vocabulis, quibus tamen vocabulis cum Alexandrini primi usi sint ad significandos et ramos vitis et ipsam vitem, probabilior mihi videtur Hoecki I p. 35 not. coniectura, quam spernit Hey, scribendum esse Τεθρινία i. e. vitis genus in Τέθρις monte Cretico. — θρύπτακον· κλάσμα ἄρτου Κρ. Hes. derivatum est a θρύπτω verbo. — ἰάλιον· ἐρέβινθον. ἢ τὴν θάλασσαν Κρ., in qua glossa item atque Hey p. 27 alterum solum interpretamentum ad Creticum pertinere puto vocabulum, ἰάλιον quod ι vocali auctum, ut ἰαλία (p. 17), non alienum est ab ἅλιον voce. — ἴοβας· κάλαμος παρὰ Κρησίν Hes., eiusdem originis esse videtur cuius Ἰόβας nom. propr. — ἰπνοδόμαν· τὴν φρυγίαν Κρ. Hes., servae quae torret cognomen profectum ab ἰπνός et δαμ radice, quam prodit δαμάω. — κάδμος· δόρυ. λόφος. ἀσπὶς Κρ. Hes., conf. Schmidt. adnot. in ed. Hes. et καίνυμαι verbi perfectum Doricum κέκαδμαι. — καλοφόροι appellati sunt θεράποντες ξυλοφόροι teste Dosiada ap. Athen. p. 143 B. — καροαίς· ὕδρα Κρῆτε(ς) Hes., glossa obscura et corrupta. — κατακαῖται Plut. Mor. p. 269 B eos dictos esse narrat, qui munere quodam victimis fortasse cremandis fungerentur, — κεκῆνας· λαγωοὺς Κρ. Hes. ad çaç radicem, cui inest saliendi notio, revocavit Legerlotzius in Kuhni diar. VII, 436. — κλεῖδα· ὑποδήματος εἶδος Κρ. Hes. ad κλείω pertinere videtur, nisi forte dialecti index e glossa κλαρῶται· εἵλωτες ad hanc translatus est. — κοιμητήριον hospitum cubiculum, Dosiadas ap. Athen. p. 143 B, quod ex linguae Creticae legibus mutaverim in κοιματήριον. — κοινοδίκιον in tit. 2556, 58, Polyb. XXIII, 15, 4, quod „institutum, quo efficitur, ut diversarum civitatum caussae communi iure dirimantur" Boeckhius interpretatur in C. I. II p. 416ᵃ. — κόττανα· εἶδος σύκων μικρῶν. καὶ ἡ παρθένος παρὰ Κρησὶ κοττάνα Hes., vocabulum obscurum, de ficis conf. Steph. Thes. — λᾶς ex λᾶας contractum Creticum dicitur in Bekk. Ann. Gr. p. 1096; unde ortum est λαρτίας (πέτρας), quod legitur in tit. I, 98 et lapidem haud dubie significat praedurum. — μαλκενίς· ἡ παρθένος Κρ. Hes., a μαλ radice, quam exhibet μαλακός, scite derivat Curt. p. 293, autem ab eadem radice ductum mibi videtur alterum virginis nomen μαρνά, quod commemoravi p. 19, conf. etiam p. 17 de λ in ρ converso. — μαρίν· τὴν σῦν Κρ. Hes., vid. Schmidt. adnot., fortasse huc pertinet μαρίχη· τὸ τῆς γυναικὸς αἰδοῖον, Bekk. Ann. Gr. p. 1396. — πανλόγιον in tit. 2554, 102 locum significare videtur, in quem omnes ducebantur servi fugitivi. — πρύλιν· πυῤῥίχην ἢ ὁπλίτην Hes., Cretica est glossa testibus schol. ad Il. λ, 49 et Eustathio p 893, 34, qui docet: πρυλέες δὲ οἱ ἐν μάχῃ πεζοὶ κατὰ γλῶσσαν Γορτυνίων, ὥς φασιν οἱ παλαιοί, sed dubia est origo nec reducenda ad πελ radicem, ut Benfeyum secutus Hey p. 16 arbitratur, conf. etiam Hoeck. Kreta I, 213. — πύτνα voce pro πέτρα Cretenses usos esse apparet ex Ἱεραπέτρα = Ἱεραπύτνα nomine et ex Πύτνα, quo nomine saxum Idae montis appellatum esse tradunt, vid. Hoeck I, 423. — σέρτης· γέρανος. Πολυῤῥήνιοι Hes., ad svar radicem, Gr. συρίζω,[1]) „sonum edere" scite revocavit Hey p. 8 conlata gar radice „clamare," a qua Curt. p. 161 duxit γέρανος nomen. — τάγανα· ταῦτα Κρ. Hes., quam glossam mutato interpretamento in ταὐτά ad proximam

[1]) Curt. p. 318.

refero glossam, quae est ταγαῖς· ἀρχαῖς. ἡγεμονίαις, dialecti vero indicem ad aliam quandam glossam rettulerim. — τοῖν· τίποτε Κρ. Hes., glossa obscura, nisi forte τοῖν ex τίοιν contractum esse putas. — ἴρον Hesychio auctore nomen alveari ab eadem s v a r radice, quam supra attuli, natum apium examini inditum videtur a strepitu. — ἱριατόμος· ὁ τὰ κηρία τέμνων τῶν μελισσῶν Hes. glossam propter ἴρον Cretibus iure impertivit Schmidtius. — φάγρος cotem appellasse Cretenses Athen. narrat p. 327 E. — χόννοι παρὰ Γορτυνίοις ποτηρίου εἶδος, ὅμοιον Θηρικλείῳ χάλκεον· ὁ δίδοσθαι τῷ ἁρπασθέντι ὑπὸ τοῦ ἐραστοῦ φησιν Ἑρμῶναξ, Athen. p. 502 B, simil. Eustath. p. 1153, Hesych.: χόνος· ποτήριον χαλκεῖον (χάλκεον Schmidt.), quod verbum, aspiratione ortum ex κόννος, calices fortasse significavit cuneatos. — ὤϊα v. ᾤα in tit. 2554, 126 verbis τὰν ἄνω ὤϊαν τᾶς πέτρας de rupis ora dictum videtur.

Index.

[illegible]

TORINO
LUIGI SPEGAZZINI, LEVI e C.ia EDITORI.
1862.